AUXILIANTE CHRISTO LIBERATORE!

AUTORITATE

Magnifici atq; Nobiliſſ. JCtorum Ordinis

PRÆSIDE

DN. PETRO Schultz/

J. U. D.

PATRONO SUO OBSERVANTISSIME SUSPICIENDO,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

JURA DENUNCIATIONIS CRIMINALIS,

IN ILLUSTRI AD VIADRUM ACADEMIA

Publico Eruditorum Examini ſiſtit

CHRISTIANUS Meyen/

NEO-RUPPIN. MARCH.

IN AUDITORIO JURISCONSULTORUM

Horis conſvetis

Die XXI. Maji, Anno MDCLXXV.

Francofurti ad Oderam,

Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI. 1692.

Præfatio.

COmmunia Themidis ſacra cui hacte-nus per anni ſpatium denegata fuere, hic te alloqvitur, Lector benevole. Quæ me fata hucusq; traxerint retraxerinq;, noſti vel facile addiſces. Me veſtigia terrent. Mala manſio ſacrarium Aſtrææ fuit. Quæ ſacra hic fecerim, vides; ſi tibi non arrideant, noveris, inter anguſtias mola falſa litare, qui thura non habent. Non hic cum Campanella inter Carceris ſqvalores arcana Imperii & Rerumpublicarum infeliciter effinxi. E re tamen publica eſſe credidi, cum auguſtis Honorio & Theodoſio Impp. CRIMINA DENUNCIARI; hoc enim ad Provinciarum tutelam, qvietis ac pacis per ſingula territoria facit ſtare concordiam. Adeoq́; τὰ παρόντα στέργειν invitus didici. Et cum Quæſitorum Romanorum huc usq; meminerim, juſtitiam denunciationis & Jura denunciantium libertate quaſi donatus,

tus, tibi ſiſtere volui. In hoc itaque negotio qualem gerere te debeas, per otium tibi commonſtro, vel tecum repeto. Gratum erit, ſin oſtenderis tempus melius à Te impenſum. Hic ſpectatæ patientiæ exemplum habebis, qvo tuum ceu conſtanti firmabis animum. Quæ verò minus rectè inter otia egerim, modeſtè ſignificabis, & quos errores hic erraverim ex humanæ conditionis lege Συμπάσχων corriges. Vale & fatis melioribus utere!

CAPUT I.
De Denunciationis Definitione Differentia & Diviſione.

SUMMARIA.

Denunciationis voc. remisſivè n. 1.
Denunciationis civilis exempla. n. 2.
Canonica generalis ſ. Denunciatio publica ſponſi & ſponſæ. n. 3.
Ejus effectus. n. 4.
Uſus hujus in Belgio. n. 5.
In March. n. 6.
An obliget in Conſcientia remiſ. n. 7.
Canonica ſpecialis. n. 8.
Denunciatio regularis. n. 9.
Evangelica remisſive. ibid.
Denunciatio criminalis. n. 10.
Germanicè Rug. n. 11.
Rugericht. n. 12.
Differentia. denunc. civ. & crim. n. 13.
Differt ab accuſat. n. 14.
Inquiſitio concurrere poteſt cum accuſatione, ſed non contra. n. 16. 17.
Differunt modo. n. 18.

Denun-

Denunciatio alia publica alia privata. n. 19.	*Cenſura pharmacopolarum.* n. 23.
Privata quæ? n. 20.	*Fraudes eorum.* n. 24.
Quando obtineat. n. 21.	*Denunciatio neceſſaria alia voluntaria.* n. 25. 26.
Magiſtratus officium circa hanc. 22.	*Sub diviſio.* n. 27.

CIrca ipſius vocabuli Denunciationis naturam & di- 1.
verſam acceptionem ſtudio brevitatis operoſi non eri-
mus, vid. §. 15. *Inſtit. de Action. l. 3 C. Theodoſ. d. denun-
ciat. vel edit. reſcript. L. 5.* §. 10 *ff. de nov. oper. nunc. L.
un. C. eod.* Speculator ſeu Durandus *in ſpecul. jur. l. 3. p.
1. tit. d. denunc.* § 1. ſed nobis notaſſe ſufficiet, quod hæc tam
in civilibus quam in criminalibus, & quæ hiſce æquiparantur,
matrimonialibus occurrat. Quem enim fugit denunciatio in 2.
civilibus? e. gr. ſi Emptor denunciat venditori. *l. 49. ff de judic.*
Dominus rei in caſu venditionis emtori. *l. 17. C. de R. V.* Ceſſi-
onarius cedenti arg. *l. 4. ff. de act. l. hæred. vend. l. 74. §. ult. ff. de
Evict.* Henric. Lentz. *de Ceſſ. action. cap. 28. membr.* 4. vel debito-
ri ceſſo. *l. 3. C. de Novat.* Dn. Brunnemann. *de Ceſſ. action. cap. 5.
num. 21. & ſeqq.* Vaſallus ad guarantizandum Domino. *2. Feud.
25.* ibique Caſp. Bitſch. *p. 376.* Dn. Struvius *Syntagm. Jur. Feud.
cap. 6. a. 9. num. 5.* Et hoc nobiliſſimo beneficio jura ſua contra
Autorem vel denunciatum conſervant. Conf. Dn. Brunnemann.
*Proc. Civil. cap. 11. ubi nucleum praxeos in hac denunciationis lite
oſtendit.* Hinc in Camera Spirenſi proceſſus hoc caſu impetrari
ſolent vocari *Denunciatoriales* item citatio ad aſſiſtendum liti.
Jac. Blum. *d. Proceſſ. Camer. tit. 40. n. 19.* Ab hac autem differt
multis modis denunciatio in cauſis Criminalibus, uti ex ſubſe-
qventibus apparebit. In cauſis matrimonialibus nota eſt gene- 3.
ralis illa *Denunciatio Canonica*, quæ & publica vel *bannum c. 27.
de ſponſal* dicitur. Quando ſcil. agitur de matrimonii impedi-
mentis, quæ tertius aliquis denunciat. *c. 13. de deſponſat. impub.
c. 3. de clandeſt. deſponſat.* & hac finitam apud Pontificios *Conc.
Trident. ſeſſ. 24. ca. 1.* quam Proteſtantes trina vice diebus Do-
minicis ſponſus & ſponſa in ſolenni Eccleſiæ cœtu ex ſuggeſtu

 publicè

publicè proclamantur. Carpzov. *Juriſpr. Conſiſt. l. 2. t. 8. def. 157.* Dn. Ziegler ad Lancelot. *l. 2. t. 14. §. 1. p. 468.* Joannes à Sande
4. *deciſ. aur. l. 2. t. 1. def. 1.* Berlich. *Part. 1. dec. 76.* ubi tradit; *poſt trinam Denunciationem neminem ad impediendum matrimonium audiri, niſi probabiliter proclamationem ignoraverit, vel juret ſe de novo didiciſſe nec ſe malitioſe opponere.* Dn. Ziegler. *c. l. p. 472. & ſeqq.* Quanqvam in multis locis Belgii fœderati hæc denunciatio à Magiſtratu ſeculari fieri ſoleat, & ab eodem cauſa etiam
5. contradictionis examinari. Cyprian. Regner. ab Ooſterga *in Cen-*
6. *ſur. Belgic. ad tit. de Clandeſtin. deſponſat.* Et hæc in Electoratu noſtro omnibus ſerio injungitur, adeoque diſpenſatio Paſtoribus non competit. *Viſitation* und *Conſiſtorial*-Ordnung. *Tit. 34.* Von Auffbieten der Perſonen / ſo ſich verehlichen wollen. Hujus nigrum utilitatis gratia adjicere placuit, quod ita ſe habet: Vor allen Hochzeiten ſoll zuvor drey Sonntag nach einander vom Predigtſtuhl Verkündigung geſchehen / welche Perſonen einander ſollen öffentlich vertrauet werden. Und wo nun Hindernüß oder Irrung vorfällt / ſoll der PfarErr oder Caplan dieſelbe Perſonen nicht vertrauen noch einſegnen / ſondern ſie an das Conſiſtorium weiſen / und ihnen daneben gebieten / vor dem Urtheil oder gebührlichen Beſcheide deſſelbigen keine Hochzeit zu machen / vielweniger einander zu berühren. Da aber die Perſonen dem Pfarrherrn oder Caplan nicht wolten folgen / ſoll er ſolches dem Rath oder Obrigkeit jedes Orths vermelden / die ſollen den Perſonen bey Leibes-Straffe aufflegen / ſich zum ſchleunigſten vor das Conſiſtorium zu begeben / und vor dem Urthel und der öffentlichen Chriſtlichen Solennität der Hochzeit ſollen ſie keine Beywohnungen geſtatten noch zulaſſen. Und wo vor / oder nach dem Aufbieten ein Spruch geſchehen würde / und derſelbe könte nicht gnugſam Urſach ſeines Fürbringens ausführen / ſo ſoll er die Unkoſten / darin das Beklagte Theil verurſacht / zu erſtatten ſchuldig ſeyn / auch ſonſt gebür-
7. liche Straffe erwarten. Quid vero ratione hujus Denunciationis in foro conſcientiæ obtineat, & an hac ſalvâ omitti poſſit,
8. videſis Joſeph. Hall. *in Caſ. Conſc. deciſ. 4. caſ. 9.* Præter jam dictam ſpeciem adhuc aliam agnoſcunt Canoniſtæ, quam *Canonicam*

nonicam ſpecialem vocant illiq; competit, cujus intereſt bonum habere Prælatum vel ſubditum Eccleſiaſticum & fit ad hoc, ut quis à beneficio removeatur. Datur denique *Denunciatio re-* 9.
gularis, ita dicta, quod ſecundum diverſas religioſorum regulas & inſtitutiones expediatur de plano & fiat in capitulo ad correctionem exceſſus Generoſ. Dn. Godofr. de Jena *de SCto Macedon. & incidenter de Denunciatione Evangelica. Sect. 4. a. 3. num. 10. & 14.* Ziegler. ad Lancelot. *l. 4. tit. 1.* §. 1. Sed mittimus haſce & plures denunciationum ſpecies (*Evangelicam* addiſces à prælaudato Dn. de Jena *cit. l.*) & ad Criminalium Cauſarum Denunciationem nos conferimus, definientes vel deſcribentes eandem *quod ſit legitima delictorum judici ad publicam vindictam fa-* 10.
cta delatio & ſuggeſtio. Germani hoc exprimunt per voc. Rug: de 11.
quo ita Promus condus eruditionis omnigenæ & nobilitatis Germanicæ ornamentum laudatisſimum Harsdörffer. im groſſen Schauplatz Jämmerlicher Mord-Geſch. *relat. 112. Tit.* Ehebruchs-Rug. §. 1. Das alte Wort Rüg bedeutet die Klage/und wird auch gebraucht für die Straffe / daher leſen wir in den alten Büchern von dem Ruggraffen / welcher der Richter geweſen iſt in dem Ruggericht / von dem Rug-Knecht / Rug-geld / Rug-Buch. In der Evangeliſchen Geſchicht Matth. 1/19. findet ſich / daß Joſeph die Mutter GOttes / da er ihre Schwängerung vermercket / nicht habe wollen Rügen / das iſt / anklagen / zu ſchanden machen / und zur Straffe ziehen. Et ſic denunciare idem ac rügen / anzeigen die Miſſethat und ſelbige Rügen. Hinc in Suevia, Franconia & paſ- 12.
ſim in Germania ſingulis annis ſervantur Rugericht / quæ ſunt conventiones ſingulares ſubditorum cujus libet pagi, Jahr- oder Rügericht / in qvibus ſinguli ex populo ſub juramento tenentur revelare, quidqvid domino vel Reipublicæ nocivum ſciant à quopiam perpetratum eſſe. Wehner. *in Obſervat. Pract. voc.* Rugen. Differt verò hæc Denunciatio à Civili illa de qua *ſupra n. 2.* mentionem fecimus, cum ratione cauſæ, tum modi & effectus. Ibi enim præſupponitur cauſa civilis, hic criminalis, illa litem motam vel movendam reſpicit, *l. 24. C. de Evict.* & tam in prima inſtantia quam ſecunda fieri poteſt, ſi res adhuc

huc integra ſit. *L. 29. §. ult. ff. de Evict.* ibique Dn. Brnnnemann, *& cent. 1. dec. 24.* J. Otto Tabor. *Relat. Argentorat. 33. num. 7.* Mevius *Part. 7. D. 400.* Hæc judicium criminale præcedit & fundat, & quod ante formatum non eſt; ſuggerit formandum, hinc etiam vocatur Denunciatio initiativa judicii Sigism. Scaccia *l. 1. de jud. cauſ. civ. & crim. c. 30. num. 1. & c. 54. num. 1.* Illa fit parti & lite jam cœptâ, actis transmisſis, intimatur ut denunciatus ſtatim ſe informare, & liti adſiſtere qveat *arg. l. 1. ff. de edend. l. 21. l. 23. C. de Evict.* Dn. Brunnem. *Proc. Civ. d. l. n. 15.* Hæc vero judici, reſpicitq; intereſſe Publicum, illa privatum ex obligatione quæſitum. *l. 6. C. de Evict.* utraque omiſſa nocet, illa parti, *l. 8. C. d. t.* Brunnem. *Proc. Inquiſit. c. l. num. 10. & 11.* hæc judici, ſi neglexerit eandem nec inqviſitionem formaverit. Differt deniq; hæc
14. Denunciatio ab *Accuſatione.* Accuſatio enim detinet accuſatorem in judicio, manetq; ille in lite ut Actor, cujus partes ſuſtinet & ad cujus petitâ judex jus & juſtitiam adminiſtrat, *t. t. ff. & C. de Accuſat.* Sed denunciator liti eximitur, & Judici inquiſitionem formandam relinqvit; & durior eſt illius, quam hujus conditio. Dn. de Jen. *c. l. num. 8.* Gudelin. *d. l. noviſſ. lib. 5. cap. 14.*
15. Licet enim quidam aſſerant, per denunciationem fundari Proceſſum Ordinarium, denunciatoremque fieri accuſatorem. Ægid. Boſſ. *tit. de Denunciat. num. 1.* falſum tamen hoc eſt, nec modus procedendi per denunciationem eſt diverſus ab inqviſitione. Denunciatio enim nihil operatur aliud, niſi quod diffamatio & querela, viamque aperit Judici ad inqvirendum ex officio contra denunciatum, quod nullo præcedente indicio facere non poſſet. Carpzov. *Pr. Crimin. Part. 3. quæſt. 108. num. 54.* Sic plures ſucceſſive idem crimen denunciare, ſed non accuſare poſſunt, Accuſatore jam exiſtente. *l. 16. ff. de Accuſat. l. 9. C. e-*
16. *od.* ibique Salycet. Pari modo ſi ſemel Proceſſus per accuſationem eſt formatus contra facinoroſum inqviſitio nihilominus concurrere poteſt, in principio, medio & fine totius Proceſſus criminalis. Oldekop. *Dec. 1. quæſt. 2.* Mev. *Part. 5. D. 30*, Nicol.
16. Reuſner. *l. 2. Dec. 25.* Dn. Brunnem. *Pr. Inquiſ. c. 1. n. 15.* aliud vero eſt

eſt in accuſatione, ſi enim ſemel cœpta eſt inqviſitio & ſuperveniat accuſator, hic illam non interrumpit, ſed illa potius accuſatorem ſupervenientem jure præventionis repellit. Carpzov. *Pr. Crim. qu. 107. n. 53. Contra quem ratione concurſus ſimultanei inquiſitionis & accuſationis ſolidè diſputat* Oldekop *c. l.* cujus ſcrinia compilare & huc transferre non vacat. Differunt denique ratione modi Procedendi, modus enim per Denunciationem videtur minus ſolennis, quam accuſationis. Scaccia *c. l. c. 5. n. 4.* Lancelott. *l. 4. tit. 1. §. 1.* & hoc etiam ſpectatur in probatione, ad quam non tenetur denuncians, à Criminis enim probatione eſt immunis, quod ſecus in accuſatore. Ziegl. ad Lancelott. *c. l. verb. ſed ad Correctionem.* Mantz. *Dec. Palat. qu. 61.* Fagundez. *ad decal. prac. 8. c. 45.* Sic ab inſcriptione olim reſpectu accuſatoris uſitatâ eſt immunis Joann. Myllæus *in Pr. crimin. perſequ. p. 8. n. 3.* & cum hodie ex *Conſtit. Crimin. art. 12.* ab accuſatione cautio præſtanda ſit de injuriis & expenſis in caſu ſuccumbentiæ vel carcere detineatur, hocq; loco inſcriptionis introductum ſit. Struv. *Exerc. 49. th. 8.* ad paria denunciator regulariter non tenetur. Dum vero in deſcriptione Denunciationis diximus eandem fieri *ad publicam vindictam*, eo ipſo digitum intendimus ad diviſionem illam, quæ facit Denunciationem judicialem aliam *publicam*, quæ intendit intereſſe publicum, aliam *privatam*, quæ ad privatum intereſſe & commodum fit, ut quando filius, ſervus, ruſticus, pauperes & aliæ miſerabiles perſonæ à patre, Domino & potentioribus, injuſtè opprimuntur, & propter Jus patriæ vel Dominicæ poteſtatis vel ſubjectionis, quod ipſis obſtat vel ob paupertatem, adverſarii potentiam agere non poſſunt, recurrunt ad judicem & ſuperiorem, eique oppresſionem denunciant, & reqvirunt, ut eos ſublevet. *arg. l. 1. §. 8. & 10. ff. de Offic. Præf. urb.* Maranta *ſpec. aur. part. 5. tit. de Denunciat. n. 3.* Dn de Jena *c. l. num. 4. & 10.* Panormitan. *ad c. novit. 13. x. de judic. num. 48. & ſeqq.* Idemq; obtinet in his, quæ ſpectant ad precia rerum venalium per *d. l. 1. §. cura carnis. 11. ff. de Off. Præf. urb.* Speculator *ſpec. Jur. l. 3. p. 1. tit. de Denunciat. §. 2. num. 12.* Ariſtotel. *Polit. lib.*

17.
18.
19.
20.
21.

6. c. 8. Bœcler. *Diſſert. ad Grot. l. 2. cap. 12.* §. 14. *de menſura pre-*
22 *tii.* Et faciles in hiſce corrigendis ſe præbere debent judices ac Magiſtratus, Straccha *de Mercat. p. 1. num. 20.* Scaccia *d. commerc.* §. *2. gl. 3. n. 102.* Köppen. *deciſ.* 44. *n. 11.* ſi publici ſtatus tutores eſſe volunt, qvales audiunt apud ſapientem Romanum Senecam *d. Clement. l. 1. c.* 4 Quæ enim cura magis abſolvit officium tutoris, quam ſi Pupillo proſpiciat de alimentis, §. *9. Inſt. de ſuſp. tut.* quæ tum victum tum amictum reſpiciunt, *l. 43. l. 234.* §. *ult. de V. S.* imo & medicamenta. *l. 44 d. t.* Hinc in bene conſtitutis Rebusp. (de Norimbergenſi v. D. Peller. ad Klock. de Ærar. l. 2. c. 5. n. 20.) non ſolum conſtituuntur Magiſtratus foro rerum venalium præfuturi, qui inæqvalitatem fori peſtem, vinculis legum coercent; adduntur & curatores, qvibus eadem cu-
23 ra, non eadem poteſtas commiſſa Bœcler. *c. l. p. 57.* ſed & pharmacopæis pretia aromatum & medicamentorum ſolent determinari, & medicorum laudabili induſtria & vigili cura aromatum vilitas & adulterina & ſophiſticæ confectiones & præparationes medicinarum deteguntur vid. Franckfurtiſche Tax-Ordnung. Reformatio guter Policey zu Augſpurg de ann. 1548. tit. Von Verkauffung des Ingbers. Policey Ordnung zu Franckfurt de A. 1577. tit. 24. Von Verkauffung des Ingbers/Pfeffers/Saffrans/ und ander Gewürtz und Speccreyen.

Ibi: Und damit ſolcher Betrug in der Speccrey oder Gewürtz vorkommen/ſo ſollen in einem jeden Kreiß/ oder auch Gebiet von den Ständen etliche verordnet werden/die in allen Speccreyen und Gewürtzen ein Aufſſehens haben/ wo ſie einigen Betrug darinnen erfinden würden/ daß ſie daſſelbige der Obrigkeit
24 anzeigen ſollen. Conf. Liſſetus Benancius interprete Thom. Bartholon. *in Declaratione fraudum & errorum apud Pharmacopæos commiſſorum.* Ubi inter alia in epiſtola ad Lectorem, *p. 11.* *Scias,* inquit, *pharmacopolas hodie quoq; vendere merces latinas nempe ſaccharum, aromata, oleum, reſinas, gummata, ceram, ſaponem, candelas, crocum, &c. Quas ſpecies emunt ad pondus mercatorum, & vendunt pondere Medicorum, in quo qvatuor unciæ amplius ad libram reqviruntur. Vide quantum ſuffurentur dum vendunt ad*

menſu-

menſuram ſuam. Regii miniſtri ad has rapinas attendere deberent. Hæc ille, quæ aliis dijudicanda relinquimus. Nos è diverticulo in viam redeuntes hanc denunciationem mittimus & aliam producimus diviſionem, quæ noſtro ſcopo magis inſervit, ſc quando denunciatio ob perſonam denunciantem alia dicitur *neceſſaria*, *alia voluntaria*, & hinc delatores alii *publici*, alii *privati* denominantur. Illi ſunt, qui ex neceſſitate officii juramento ad hoc adſtricti delicta denunciant, *l. 7. C. de Accuſat. l. 6. ff. de Cuſtod. & exhibition. Reor. l. 6. §. 3. ff. ad SCtum Turpill.* & in ſpecie alias dicuntur officiales. Farinac. *de Indic. & tortur. lib. 1. tit. 5. qu. 51. num. 167.* Non autem pro neceſſario & publico Denunciatore habendus eſt, qui dicit, ſe ideo deferre, quod vel officium, quo fungitur, vel jus civitatis, vel ſubjectionem vel aliam ob cauſam Magiſtratui obſtrictus ſit, Zanger. *d. qv. ſ. Tort. in proœm. n. 30.* Reqviritur enim juramentum in ſpecie propter denunciationem ab officiali præſtandum. Voluntaria eſt, quam exercent privati, ſive ſit offenſus ipſe, ſive alius Promotor ſive delator ſpontaneus vel denique ipſe delinquens. *Idem c. l. num. 14.* Denique *ſubdividi* ſolet denunciatio in generalem & ſpecialem: Generalis eſt, in qua nullus certus denominatur delinqvens; ſpecialis verò, quando in ea nominatur certa perſona. Scacc. *l. 1. de Jud. cap. 21. n. 2.* 25. 26.

CAPUT II.

De Subjecto Denunciante, ſive Perſonis quæ denunciare poſſunt vel non.

SUMMARIA.

Irenarchæ officium. n. 1.
Stationariorum officium viliſſimum. n. 2.
Curioſi. 3.

 Cata-

Cataſcopi, Otacuſtæ Speculatores. 4.
Mulieres prodritrices. 5.
Principis Clementia in dictis civium. 6.
Quis conſtituere poſſit Denunciatores publicos. 7.
Exemplum in Rep. Norinberg. 8.
Ejus utilitas. 9.
Denunciatores ſunt Syndici. 10.
In Belgio Hiſp. vocatur Procurator generalis ſ. regius Promotor. 11.
Advocati Fiſci. 12.
Juramentum Fiſcalis remisſivè. 13.
In Camera Spirenſi alius eſt Fiſcalis, alius Advocatus Fiſci. 14.
Præmium Advocatorum Fiſci. 15.
Partis denunciantis præmium 16.
Advocati fiſci nullum, ſi habet ſalarium. 17.
Pœna denunciationem negligentis arbitraria. 18.
Judices denunciantes. 19.
Hæredes occiſorum accuſare debent. 20.
Quando excuſantur. 21.
Quid ſtatuendum de eorum denunciatione. 22.
Pœna omiſſa accuſat vel denunciat. 23.
Hodiè adhuc obtinet. 24.
In quibus locis. 25.
Hæredes ferre debent expenſas Inquiſit. 26.
Denunciatores privati vel voluntarii. 27.
Accuſare omnes non poſſunt. 28.
Denunciare poteſt infamis. 29.
Explicatur Reg. qui poſſunt accuſare poſſunt etiam denunciare. 30.
Admittuntur omnes ſalvo judicis arbitrio. 31.
De Paſtoribus denunciantibus. 32.
Eorum officium. 33.
Inquiſitio domeſtica Paſtorum remisſivè. 34.
Inquiſitio generalis. 35.
Non denunciandæ ſunt confesſiones pœnitentiales. 36.
Caſus excepti. 37.
Teſtes de auditu repelluntur. 38.
De denunciante filio, fratre, inimico. 39. 40.
De ſocio criminis. 41.
De ſagis. 42.
De parte offenſa. 43.
De fæmina impregnata. 44.
De denunciatione ſui ipſius. 45.
De vulnerato moribundo. 45.

Divi-

DIviſionis noſtræ in fin. Cap. I. memores, ſiſtimus primo loco Perſonas, quæ ex neceſſitate officii vel legis olim denunciabant, & hodiè adhuc tenentur denunciare, qui propterea publici & neceſſarii appellantur. Et eo no- 1.
mine & charactere ſingulari in jure noſtro celebres ſunt *Jrenarchæ* ἀπὸ τῦ ἄρχειν τῆς εἰρήνης, ob qvietis paciſq; concordiam ita dicti. Cujac. *l. 1. obſerv. c. 33. conſ. c. 1. c. 25. qu. 5.* quales olim erant, qui diſciplina publica & moribus corrigendis præficiebantur, quiq; facinoroſos homines conqvirebant, *l. ult. §. 7. ff. de mun. & honor. l. un. C. de Jrenarch.* & judicem Criminalem informabant *l. 6. §. 3. ad SC. Turp.* Carpz. *Pr. Crim. p. 3. qu. 103. n. 19.* Zanger. *c. l. n. 22.* Hos ſuſtuliſſe Impp. Honorium & Theodoſium, ſed cum Juſtiniano probarentur, illorum conſtitutionem Tribonianum in Juſtiniani ſententiam detorſiſſe, autumat magnus JCtorum Plato, Cujacius *ad d. l. un.* Hisque ſimiles erant 2.
Stationarii ab officio ita dicti. Vallenſ. *ad J. Can. c. l. a. 5. num. 5.* erantq; ex cohortalibus in varia loca diſperſi, ut Magiſtratui, ſi quid commiſſum eſſet, denunciarent *tit. C. de Curioſ. & Station. l. 1. C. de Cohortalib.* Dn. Brunneman. *ad l. 7. C. de Accuſ.* & Godofred. *ad l. 8. C. eod.* Erat vero horum officium deformis Miniſterii, & ad officiorum fecem pertinebat, nec aliqua dignitate frui pertentare poterant, ſed repulſos propriis reddi conſortiis oportebat. *l. 6. C. de dignitat.* Quod ad noſtros lictores, Heſcher/Stadt und Stecken-Knechte / & alios ſordidum vitæ, & viliſſimum officii genus exercentes applicari, & *arg. l. 2. C. de Dignitat.* ut effectus ex levis notæ macula notari poteſt Dn. Brunnem. *ad tit. C. de Dignit. circa finem.* Lucas de Penna *ad d. l. 6. C. de Dignitat.* Cum his conjunguntur Curioſi, qui & Cu- 3.
ragendarii dicuntur. *l. 1. C. Theod. de Curioſ.* Cujac. *ad l. 1. C. eod.* Huc tandem pertinent milites illi, qui ſpeculatum emittuntur, quos Ariſtoteles ὠτακουστὰς, i. e. auſcultatores, JCtus ſpeculatores vocat, in *l. 6. ff. de Bon. damnat.* add. *l. 7. C. de Cohortal.* Cujac. *l. 6. obſ. 33.* quales illi Herodis milites, *Matth. 2. v. 16.* &

ibi Chemnit. *in Harmon. c.13.* Gryphiand. *in Oeconom. legal. l. 1.*
4. *c. 15. n. 103.* & *c. 35. n. 153.* Et circa hoc notandum venit, quod Ariſtoteles Tyrannidem eo modo conſervari poſſe tradat, ſi diligentisſime Tyrannus det operam, ut reſciſcat omnia & dicta & facta civium, quid moliantur, qui de ſe ſint ſermones, conſtitutis ad eam rem perſonis idoneis, qvi Græcis dicuntur Cataſcopi, Otacuſtæ, Latinis, ut Gloſſæ veteres teſtantur, auricularii, item Delatores, Corycæi, ſpeculatores. Quod hominum genus publico exitio repertum conqveritur Tacit. *l. 4. Annal.* & in Agric. ademptum per illos, ait, loqvendi audiendique commercium & Parthenius litigioſus, cujus Autorem credunt eſſe Jurga Valentinum Wyntherum J.U.D. & Com. Palat. olim Philippi II. Duc. Pomeran. Conſiliarium. *lib. 2. cap. 12. num. 5.* eos
5. vocat Lockvögel und Verräther / da einer ſehen muß / was er redet. Imprimis verò mulieres eo nomine ſubornare ſoliti fuere Syracuſani. Sic Catilina quoque mulieres ſubornavit, cum qvibus ſtupri commercium habebat, ut conſilium virorum ſibi proderent. Mahometes & adulteria ſibi divinitus permiſſa mentiebatur, & ea freqventabat, ut quæ de ſe ſentirent Mariti, cognoſceret; quod arcanum imitatus eſt etiam Auguſtus de quo Svetòn *in vita ejus c. 69. adulteria*, ait, *exercuit non libidine, ſed ratione commiſſa, quo facilius conſilia adverſariorum percujusq; uxores exquireret.* Et Druſi uxor à Tiberio corru-
6. pta fuit, ut ſecreta ejus proderet Tac. *annal. 4. c. 7.* Vid. pluribus hoc deducentem Piccart. *ad Polit. Ariſt. l. 5. c. 11. p. 814. & ſeqq.* Meminerit tamen hic Princeps cum Agricola. (Tacit. in vita ejus c. 19. *Omnia ſcire, non omnia exequi parvis peccatis veniam, magnis ſeveritatem commodare, nec pœna ſemper, ſed ſæpius pœnitentia contentus eſſe.* vid. *elegantisſimam L. un. C. ſi quis Imper. maledixerit.* ibiq; Dn. Brunnem. Non enim omnia privatorum hominum verba ex inconſiderantia, impatientia, aut animi impotentia inter privatos parietes ſtudio contradicendi aut inter pocula ex ebrietate prolata ad animum revocanda ſunt. Nam cum ſubditi pecuniam & fortunas, & corpus & ſangvinem pro re communi teneantur exponere, & potiorem partem contribuere, ergo,

modo

modo nihil ſeditioſe loqvantur aut agant, ex levitate aut joco innocenter jactata ſine pœna tranſire debent. Habeant tandem tantum licentiæ, ut liberius aliquantò pro incommodis, periculis & nummis ſuis, de Reipub adminiſtratione, modo dolus omnis abſit, quod circumſtantiæ docebunt, judicent. Generoſus Dn. Godofredus de Jena *de Ratione Status Diſſertat. 24. concluſ 2. lit. D. in not.* De moribus noſtris ſi disqviramus, 7.
quid obtineat de hiſce Officialibus denunciatoribus, & ſtationariis, Germanis Rüqer und Anfläqer / Klock. *de Ærar. lib. 2. c. 255. num. 10.* & utrum Magiſtratus tales conſtituere posſint in civitatibus & locis curæ ſuæ commisſis? Notandum, quod hoc dijudicandum ſit ex mero imperio conceſſo, cui enim hoc competit, conceſſa ſimul videtur conſtitutio perſonarum crimina denunciantium *arg. l. 2. ff. de jurisd. l. 1. §. quies. 12. de Off. Præf. Urb.* Salycet. *ad l. 7. C. de accuſat. n. 10.* Scaccia *de Judic. l. 1. cap. 71. n. fin.* Nec minus alii pro cancellis jurisdictionis ſuæ mores civium ſimili modo obſervare & corrigere poſſunt. Et tale 8.
Irenarcharum officium celebre adhuc eſt in Norinbergenſium Rep. quæ ut in aliis multis, ita & hoc in laudum genere reliquis palmam facit dubiam. In hac enim, ut mores boni obſerventur, conſtituta eſt quædam perſona publica (der Pfänder) quæ præter alia ipſius officia commiſſa per clandeſtinos ſuos emiſſarios emiſſariasque (Kundſchaffer) quos nemo noſſet hoc agere & mores, & vitam civium, & ubi in leges Reipubl. ſumptuariasque peccatum fuerit, exacte exploret, annotetque, ut ſic deinceps vel in dem Rüqs-Ampt/oder Schöpffen-Ampt / in reos inqviratur, cauſa ſufficienter cognita, confesſis vel convictis pro qvalitate reatus condigna pœna irrogetur, adeoque commiſſa delicta impunita haut abeant, ſed judiciis legibusve vigor ſuus maneat. Dn. Peller. *cit. l. l. 2. c. 35. num. 1.* Hocque 9.
maximè è re eſt Rempublicarum eoq; modo tam ærario publico, quam publicæ tranqvillitati conſuli poteſt, uti hoc demonſtrat Klock. *de Ærario cit. l.* Sic aliis in locis pars officii Syndici ſolet eſſe & vocatur propterea Ampts-Kläqer / Hodie e- 10.
nim nunciatorum pariter per Syndicos vel Sculte tos pagi expleri

ait

11. ait ex Alciato Tabor *de Confront. p. 2. th. 15. pag. 55.* Moribus Belgii Hiſpanici licet quidvis ad indicandum, denunciandumq; flagitium admittatur, tamen unus ex officio nomine Fiſci ſeu Reip. ultionem Criminum perſeqvitur, atque is in tribunalibus Regiis *Procurator* generalis ſeu Regius, in tribunalibus autem Epiſcoporum, nec non Lovanienſis Univerſitatis *Promotor* vocatur. Quod optime videtur introductum, cum nemo privatus perſonam accuſatoris vel denunciatoris absq; ſumma invidia & odio accuſati vel denunciati amicorumque ſuſcipere
12. poſſit Gudelin. *de Jur. Noviſſ. c. l.* In terris noſtris noti ſunt Advocati Fiſci, quos merito ob officii neceſſitatem ad Denunciatores publicos, ſ. neceſſarios referimus, cum inter alia ad hanc quoque Criminalem denunciationem juramento adſtrin-
13. gantur. Vid. Formulam Juram. Fiſcalis Cæſarei in *Ordin. Cam.*
14. *p. 1. Tit.* des *Fiſcals* Eyd. *60. & ſeqq* des *Fiſcals Advocat*en-Eyd. Differt enim Jure Camerali Fiſcalis ab Advocato Fiſci, qui Fiſcali conſilio ſuo adſiſtit, & ſi quem ſine hujus conſilio & 2. Aſſeſſorum deputatorum voluntate conveniens, ſuccumbat, arbitrarie punitur, & de ſuo expenſas ſarcire tenetur, de quo con-
15. ſule Jac. Blum. *d. Proceſſ. Camer. tit. 8. n. 10. & ſeqq.* Utq; tanto alacriores ſint Advocati Fiſci & Fiſcales in ſuo munere certa pars pœnæ ſ. multa pro qvalitate delicti in nonnullis locis præmii loco ipſis decerni ſolet, ad exemplum delatorum Roman. qui inde qvadruplatores appellabantur ſi liberi erant, quod qvartam bonorum damnati partem, ſi ſervi, Octavam conſeqverentur. vid. *l. 13. §. 1. l. 15. § 3. ff. de J. Fiſci.* Gryphiand.
16. *Oeconomic. legal. l. 1. c. 35. num. 154. & ſeqq.* Et ſolebat olim in Camera Spirenſi in cauſis mandatorum Executorialium etiam parti victrici contumaciam partis victæ denuncianti dimidia pars pœnæ arbitrariæ adjudicari. *Ord. C. p. 3. tit. 48.* Hodie loco Executorialium vigore Rec. de ann. 1654. ſ. Damit auch. 159. ſententiæ definitivæ annecti conſvevêre ſeqv. formalia: So dann ſeynd Berührten Beklagten zu würcklicher Execution, und Vollziehung itzt ergangener Urtheil Zeit N Monat pro termino & prorogatione von Amptswegen angeſetzt/ mit dem Anhang/

wo

wo er ſolchen alſo nicht nachkommen wird / daß er itzt alsdann/ und dann/als itzt/in die Straff zehen Marck löthiges Goldes (Singulæ marcæ auri puri ſunt 96. imperiales Blum. *c.l.tit.30.n.26.*) halb dem Kayſerlichen Fiſco und zum andern Theil dem Kläger unnachläßig zu bezahlen erkläret werden /auch der real execution halben/auff ferner Anruffen ergehen ſoll/was recht iſt.Blum.*d.l.t.77.n5.*

In Camera Spirenſi ut & in Electoratu noſtro Advocati Fiſci, qvibus certa ſalaria ſunt conſtituta, mulctæ partem non capiunt, uti videre licet ex Blum. *c.l. & Receſſu Provinciali. de an. 1653. §. 27. ibi*: Die Fiſcales auch / ſo ihre fixa ſalaria haben / müſſen von den mulctis nicht participiren / ſondern ſich mit ihrer Beſoldung/ſo in ihrer Beſtallung enthalten/ und ſonſten mit ihren Accidentibus genügen laſſen. In Neo-Marchia tamen ultra ſalarium ſexta mulctarum gaudent parte. 17.

Hiſce itaq; perſonis ex neceſſitate officii incumbit Denunciatio in tantum,ut arbitrio Judicis puniri poſſint & debeant,ſi negligentes ſint,vel colludentes & prævaricantes deprehendantur; Bey Peen und Ermäßigung des Gerichts. vid. *O. C. d.t.* 18.

Secundo loco ad neceſſarios referimus Judices & Magiſtratus. Hi enim, ſi ex inqviſitione generali certa perſona innoteſcat, quæ Jurisdictioni ejus ſit exempta judici competenti eandem denunciare & indicia transmittere tenentur. Hahn, ad *tit. de Accuſat. num. 2.* Et hæc praxis etiam hic locorum reciprocè obſervari ſolet; ſi enim perſona oppidanæ Jurisdictioni ſubjecta propter ſtuprum v. gr. vel Homicidium deferat civem Academicum, denunciandum hoc eſt Rectori Magnifico, qui ex officio poſtea format inqviſitionem,ne delicta maneant impunita: Quod ipſum in conventione ſpeciali inter Magiſtratum Academicum & Oppidanum 30. Maji anno 1617. inita & à Sereniſſimo Electore confirmata hiſce verbis expreſſum: Und damit wir unverzüglich/was diesfalls (ſubintellige cauſarum criminalium cognitionem) nöthig verſchaffen und anordnen können/ſo ſollen beyde Corpora wann ſich ein Unfall zugetragen/ der einen Studenten betrifft ſolches von Stund an nach Hoffe berichten/und darauff gebührende Verordnung erwarten. Ingleichen 19.

ſoll auch das Corpus welches ſolche Unthat zu erſt erfähret / daſſelbe dem andern Corpori unauffhaltlich zu wiſſen machen/und ein jeder ſo weit es ihm gebühret/das Seinige zu Beſtraffung des Böſen dabey zu thun/keines weges unterlaſſen.

20 Deniq; ad neceſſarios propter legis neceſſitatem quodammodo referendi veniunt hæredes occiſorum, hi enim, niſi hæreditate indigni velint haberi, neceſſariò tenentur accuſare vel ad minimum denunciare, & ſic mortem occiſi ulciſci, *l. 17. & 20. ff.*
21. *de his quib. ut indign. auf. hæred. l. 9. C. eod.* Niſi ſint minores, *l. 6. C. d. t.* vel autor cædis incognitus, *l. 7. C. eod.* aut ab alio jam fuerint præventi, *l. 10. C. eod.* tum enim excuſantur, cum nulla eorum culpa detegatur. *d. l. 7.* ſi tamen poſt aditionem cognoverint, quis fuerit homicida, hic debet deferri, alias etiam adſitam hæreditatem retinere neqveunt. *d. l. 9. C. d. t.* ſi ſc. ab extraneo eſſet interfectus, nam ſi à familia, ante aditionem de ſervis quæſtio erat inſtituenda. *l. 3. C. eod.*

22. Cum itaque tanta hæredibus ſub pœna privationis incumbat neceſſitas accuſandi, *quæritur*, quid ſtatuendum, ſi non accuſaverint, ſed tantum denunciaverint? Immunes eosdem eſſe ab hac pœna ex eo judicamus, quod hac ratione ſatisfecerint ſuo officio, & ſic ad vindicandam necem judici viam appruerint. Ultio enim & vindicta principaliter de Jure Civili injuncta eſt hæredibus, cum verò hodiè denunciatio æque ac Accuſatio ſit remedium Ordinarium, Dn. Brunnem. *Proc. Inquiſ. c. 1. n 9.* intenti-
23. oni Legislatoris denunciando ſatisfecerunt. Si vero neque accuſaverint, neque denunciaverint, meritò ut indignis ipſis au-
24 ferenda eſt hæreditas. Licet enim Dd. multi ſtatuant hanc pœnam de conſvetudine ab aula receſſiſſe, Clar. *l. 5. §. fin. qu. 79. n. 8.* Peregrinus *de J. Fiſci. l. 2. t. 5. in fin.* Carpzov. *qu. 34. num. 76.* Wiſſenb. *vol. 2. Diſp. 7. th. ult.* Fides tamen eorum tanta non eſt, ut contra legem ſcriptam in præſenti quicqvam faciant, cum ſine fundamento ita ſentiant Dd. Inſpectis enim aliorum ſcriptis, apparet eos loqvi tantum vel de certa ſpecie ſ. cauſa, ob quam indigni habentur, non generatim de toto titulo; vel de certo quodam loco, provinciâ vel regno, adeoque Doctori alleganti de-

ſvetu-

ſvetudinem non facilè ſimpliciter credendum. Dn. Brunnem. *ad l. 10. C. de his quib. ut indign.* Struvius *Exercit. 2. th. 21. & in Synt. J. Feud. c. 9. aph. ult.* vel atteſtatum ejus ad locum, in quo vixerit, reſtringendum eſt. Cum nec Principi de conſvetudine atteſtanti credatur Oldekop. *de Appellat. in crimin. n. 24. p. 9.* Et Papa ipſe in conſvetudine aſſerenda aberrare posſit. Cothm. *vol. 1. reſp. 13. num. 79.* Quantumvis omnia jura in ſcrinio pectoris ſui habere dicatur *c. 1. d. conſtit. in 6.* ſc. forte cum illa Bonifacius ſcribebat, Judice Duareno, multa bona jura habebat in ſcrinio ventris ſui, ut accidit bonis patribus, cum bene pranſi ſunt. Tabor. *de Teſtam. Princ. vel Comit. oblato. c. 2. n. 9.*

Quod vero generatim ita non ſentiant Dd. ſed multi pro uſu legum certent videre licet ex pluribus; ſic uſum earundem demonſtrat in Gallia citante Dn. Brunnem. *ad l. 10.* Barry, quanquam Bugnonius Gallus antiqvatum aſſerat hoc jus. Wiſſenb. *c. l.* De Friſia teſtis eſt Sande *l. 4. tit. 4. d. 5.* De Germania uſum reſiduum teſtatur & docet poſt Heigium *lib. 2. qu. 34. n. 44.* Thom. Merckelbach. *inter Conſ.* Klock. *vol. 1. conſ. 46. n. 24.* Mev. *p. 5. dec. 154.* Cui nemo in Germania, titulum illum juris contraria conſvetudine ſublatum eſſe, fidem fecit, nec ipſe crediſſet. 25.

Abrogatio enim juris nunqvam præſumitur, ſed probanda eſt, cum leges ſemper loqvantur, & à non uſu earum ad derogationem argumentum non procedat, nec allegatio imperitorum Advocatorum: Nunqvam hoc factum fuit, ergo fieri non debet. *l. 12. ff. de Off. Præſ.* Oldekop. *dec. 2. qu. 1. n. 8.*

Qvando autem hæredes denunciant & ſic Fiſcus vel Magiſtratus inqviſitionis onus in ſe ſuſcipit & hoc modo hæredes ab onere accuſationis ſublevat, æqvum & juſtum eſt, ut ex hæreditate ſumtus inqviſitionales ſuppeditent, vel Fiſco aut Magiſtratui reſtituant. Et hoc ſententiis annecti ſolet hoc modo: Es werden aber die auf den Proceſs gewandte Unkoſten auf vorhergehende Liqvidation und Ermäßigung von des Entleibten Erbſchafft billich entrichtet und abgeſtattet. V. R. W. Carpz. *Pr. Crim. p. 1. qv. 34. n. 40.* maxime vero ſi opulentam & lucroſam hæreditatem acqvirant. Id. ib. Dn. Brunnem. *Pr. Inquiſ. c. 4. n. 27.* 26.

27. Sed miſſis publicis denunciationibus & neceſſariis ad privatas & voluntarias progredimur. Dicuntur vero voluntarii illi qui impunè denunciationem omittere poſſunt, nec pœna aliqua adſtringuntur, denunciantes tamen admittuntur. In hiſce determinandis ex jure accuſationis talem regulam formant: Quicunque poſſunt accuſare vel non, ii etiam ad denunciandum admittuntur vel excluduntur. Br. *in l. Divus. 7. ff. de cuſtod. reor.*
28. Salicet. *ad l. 7. C. de Accuſat. n.* 11. Tuſch. *concluſ.* 193. Adeoque cum ad accuſandum indifferenter omnes non admittantur, ſed vel ratione ætatis, ſtatus, ſexus, delicti proprii, vel ob affinitatem & conſangvinitatem vel alias ob cauſas prohibeantur. *t. t. ff. de accuſat. & C. eod. & tit. 1. de his qui accuſare non poſſunt.* Struvius *Exercit. 49. th. 7.* idem obſervandum eſſet in denunciatione. Verum ampliorem & latiorem eſſe poteſtatem denunciandi, quam accuſandi, adeoque regulam hanc in practica non procedere nec ſervari atteſtatur Clarus *l. 5. §. fin. qu. 7. n. 3.* Dn. Brunnem. *Proc. Inquiſ. c. 4. c. 26.* Nam conſtat infames publicè ac ſolenniter accuſare non poſſe, *per l. 4. l. 8. ff. de accuſ.* admittun-
29 tur tamen ad denunciandum. Nam iſti quoque Officiales, qui conſtituuntur ad denunciandum ut plurimum ſunt perſonæ pauperes & viles quandoque etiam infames, & tamen admittuntur & ſuper eorum denunciationibus proceditur ad inqviſitionem.

30. Reſtringit itaque regulam dictam Clarus *c. l.* ad delicta, ſuper qvibus judex ex forma ſtatutorum vel conſvetudinis non poteſt procedere, niſi ad inſtantiam partis, & in hiſce admittitur ille tantum, qui accuſare poteſt. Ceſſat autem in iis, ubi judex procedere poteſt ex officio per viam inqviſitionis, tunc enim quilibet admittitur ad denunciandum, ſive denunciet motu proprio ſ. ex officii necesſitate. Publicè enim intereſt delicta ad Magiſtratum quocunque modo pervenire, ne impunita maneant. Et talis denunciatio modici eſt momenti, quia cum nihil aliud operetur, niſi quod aperiat viam judici ad inqvirendum, non poteſt ſuper ipſa denunciatione judex contra aliquem procedere ad citationem, neque ad capturam, niſi prius habitis contra denunciatum

atum legitimis indiciis ſ. informationibus. Pro hoc itaque ef- 31.
fectu nec ſexus,nec ætatis,fortunarum vel ſtatus &c. ſtricta habebitur ratio, ſed judex tam mulierem, minorem pauperem & qui alias ad accuſandum regulariter non admittuntur. *l. 8. 9. 10. ff. de accuſat* audire, & pro arbitrio ſuo perſonæ denunciantis & denunciatæ qvalitatem examinare debet, & pro cauſæ & denunciationis qvalitate ad generalem vel ſpecialem inqviſitionem procedere. Generalibus hiſce præmiſſis, videbimus jam qvasdam perſonas in ſpecie. Et quidem quæritur de *Sa-* 32.
cerdote vel Paſtore denunciante, utrum Magiſtratus ad hujus denunciationem inquirere debeat?

Anteqvam ad deciſionem properemus,prænotandum erit 33.
polypragmoſynes vitium non incurrere Paſtores Eccleſiarum,ſi inqvirant in mores & vitia ſuorum Auditorum, Collegis non neglectis ob exempli utilitatem,nec propterea ἀλλοτριοεπίσκοποι vocari poſſunt à Judice ſeculari,modo intra terminos officii maneant,nec ea,quæ ſunt Epiſcopalis audientiæ vel Jurisdictionis ſibi tribuant; vel ſcrupuloſius interiora curiæ decreta, conſiderata extra communia vitia circa eadem occurrentia hypotheticè inqvirant. Dn.Mart. Schoock. *de Bon. Eccleſ. Sect.* 4. *c. 11. p. 666.* ChurBrandenb. Viſit. und Conſiſtorial-Ordnung *tit. 10. ibi*: Und ſollen die Pfarrern in dem / noch ſonſt ihren Befehlich nicht überſchreiten/vielweniger ſich in frembde Händel wagen und einen Fuß auffm Predigt-Stuel/den andern auffm Rath-Hauß haben. Sed potius eosdem maximè decet noſſe eos,quos regant,& de eorum correctione decenter cogitare.

Solet vero hæc inqviſitio attendi tum in Viſitatione gene- 34.
rali ſ. Provinciali, tum domeſtica. Conf. Mengringii *Informatorium Conſcient p. 570.* ubi decidit qvæſtionem de domeſtica viſitatione: Ob ein Prediger vermöge ſeines Hirten-Ampts allen und jeden zu Hauſe und Hoffe nachzulauffen/und zu nahen in Gewiſſen verbunden ſey/auf ſolche Art und Weiſe/wie etliche Irrgeiſter vorgeben? In viſitatione generali inter alia hæc & ſimilia capi- 35.
tula attendi ſolent, quo vitia Auditorum contra utramque tabulam innoteſcant:

Ob er auch in ſeinem Kirch-Spiel wiſſe zäuberiſche Seegenſprecher / Schwartzkünſtler und Wahrſager? Ob Er auch wiſſe ſolche Leute/die ſolchen Seegenſprechern und Wahrſagern nachlauffen? Ob Er auch Häuſer und Winckel wiſſe/da unter den Predigten Conventicula gehalten / Spielerey und Doplerey getrieben? Ob auch Kinder seyn/die entweder ihre Eltern ſchlagen/oder in ihrẽ Alter und Unvermöglichkeit bößlich verlaſſen oder ihnen fluchen? Sicuti contextum ſimilium interrogatoriorum nobis ex aliis exhibet Dn. Fritſch. *de Jure viſitand. Eccleſiaſtico. c.11. & ult. pag. 67.* Qvando igitur tunc vel alias etiam nota ſunt ſacerdoti hæc & ſimilia Auditorum crimina, denunciare tenetur eadem Viſitatoribus & extra actum Viſitationis Magiſtratui competenti.

36. Caveant vero ſibi, ne illa propalent, quæ ſub ſigillo confeſſionis ad tranqvillandam conſcientiam iisdem credita & in foro pœnitentiali revelata fuêre, daß Sie nicht aus der Beichte ſchwatzen. Hæc enim non tantum denunciare prohibentur, cum non ipſis, ſed Deo facta ſit confeſſio. *C. Si Sacerdos. 2. de Off. Jud. C. Sacerdos. 7. de pœnitentia. diſtinct. 6. c. 12. verſ. caveat. fin. x. de Pœnit.* Sed nec audiendi ſunt confeſſa denunciantes, & potius puniendi. *c. 13. x. de Exceſſ. Præl. d. c. 12.* Dn. Brunnem. *Proc. Civ. c. 20. n 60.* Philippi *Dec. Sax. 1. obſ. 4.* Zeiler. *in addit.* ſeines Hand-Buchs *vel Manualis. voc.* Beicht. Conf. *Ordinat. Eccleſiaſt. Elect. Saxon. art. gen. 2. §. ult. ibi*: Nachdem auch mehrmals groſſe Beſchwerniiß erfolget / wenn entweder die Kirchen-Diener oder die verhörte Perſonen aus der Beicht geſchwatzet/ſoll ihnen allen auferlegt/beſonders aber denen Kirchen-Dienern / eingebunden werden/ was ihnen vor Gewiſſens Händel in der Beicht vertrauet/niemand/ wer der auch ſeyn möchte/bey Vermeidung ernſtlicher Strafe zu offenbahren/ſondern wie ſichs gebühret/ verſchwiegen zu halten.

37. Hæc tamen regula non ſine exceptione eſt: Excipiuntur enim duo caſus: 1. quando delictum eſt committendum, nam ibi non eſſet eccleſiaſtica confeſſio. 2. quando, ſi nihil de eo revelaretur, innocens de vita periclitaretur, ubi tamen revelatio debet eſſe imperſonalis. Dn. Brunn *c. l.* quibus Guazzin *tr. ad defenſ. inquiſ. tom. 2. def. 32. c. 25.* adjicit 3. ſi delictum confeſſus fuerit

rit reus non in figura confeſſionis ſeu actu pœnitentiali,ſed ſub ſigillo ſecreti.

In tantum vero privilegiata eſt dicta confeſſio, ut nec te- 38.
ſtes,qvi dicunt ſe audiviſſe, quod denunciatus confeſſus fuerit in actu confeſſionis,ſe commiſiſſe delictum,admittantur. Guazz. *c.l.n.2.* Maſcard. *concluſ.377. n.4.*

Hujus vero ratio uti eſt ſpecialis, ſic etiam ob aliam ra- 39.
tionem denunciantes regulariter non ſunt admittendi, quæ in accuſatione ſunt plures. Struv. *d.Exerc.49. tit.7.* e.gr. ſi filius parentis,frater fratris delictum denunciet. Salicet. *ad d. l.7 C. de accuſat. n.14.* niſi crimen ſit atrociſſimum e.gr. læſæ Majeſtatis, *arg.l.35.ff. de relig. & ſumt. fun. de quo in cap. ſequ.*

Inimicum propter odium & inimicitiam capitalem contra 40
denunciandum multi etiam repellunt à denunciatione per *c repellantur.7.x. de accuſat.* Speculator *d.l. §.2.n.1.* Decian. *l.3. cap. 25.n.1. & n.36.* Damhouder. *Pr. Crim. c.6.n.6.* Clar. *d. §. fin. qu. 14.n.17.* ſed cum Dd rationem deſumant ex regula ſupra allata & ab ipſa accuſatione,de qua loqvitur etiam *d. c.7.* petant, nos multum relinqvimus arbitrio judicis, qui ſingulas circumſtantias delicti denunciati,habita ratione denunciantis & denunciati prudenter examinabit, & an inimicitia à denunciando doloſe & affectatè ſit procurata,indagabit. Dn. Brunnem. *ad l. 8. ff. de accuſat. n.fin.*

Quid vero de *Socio criminis* ſtatuendum eſt num etiam 41.
hic ad denunciandum admittendus vel ejus denunciatio attendenda erit? Hic ſimpliciter non admittitur,niſi neceſſaria concurrant reqviſita,quæ conſiſtunt tum in ἀναιρέσει ſ. remotione, tum in θέσει ſ. poſitione, & ordine recenſentur *in Conſt. Crimin. art.31.* & tam modum inqviſitionis, quam perſonarum qvalitatem reſpiciunt. De cujus denunciationis forma Cap. IV. agendum erit.

Et eadem notanda & repetenda erunt in *ſagarum* denuncia- 42
tionibus,quas freqventiſſimas eſſe quotidiana docet experientia. Vix enim Proceſſus contra veneficas inſtituitur,ubi non confitentur,quod hunc vel illam in conventu in monte Bructerorum,vel

in

in baptiſmo ſuo viderint in hac vel illa ſplendida veſte vel hirco inſidentem vel ſaltantem. Dn. Brunnemann. *dict. loc. cap.* 4. *num.* 28.

43. Dum autem hoc loco ſociorum meminimus de illicita illa, ſtupratoris & ſtupratæ ſocietate, quæritur, *Numne ſtuprata vel impregnata denunciare, & utrum judex hoc caſu ad inquiſitionem procedere poſſit?* Utrumque affirmamus, & quidem ratione prioris in ſpecie notandum, quod ſecundum Conſtitutionem Conſiſtorialem Electoratus noſtri, ſi cæteris paribus tacuerit per aliquod tempus vile virginitatis deperditæ præmium capiat, quod ex *Tit. 62. d. Conſtit.* clarius eluceſcet: Trüge ſich auch zu / daß ſich die Mägde oder Wittwen ſelbſt zu den Geſellen oder Knechten fünden/und zu ſolcher Büberey Urſach gäben/in Meynung ſie dadurch zur Ehe zu bekommen / oder ihnen am Gelde was abzubringen/desgleichen/wenn dieſelben nach den erſten Beyſchlaffen / und ehe ſie ſchwanger werden / ein viertel / ein halb oder gantzes Jahr ſtille geſchwiegen / und ſolche Schande indeß immer für und für mit dem Geſellen geübet und getrieben/und weñ ſie nicht geſchwängert/denn wol gar ſtille geſchwiegen hätten / und der Geſelle oder Knecht würde ſolches beweiſen / oder mit ſeinem Eyde betheuren/ und ſchweren / daß er die Perſon mit ſüſſen und liſtigen Worten zu der That nicht beredet/ſie auch mit Gewalt nicht dazu gezwungen /oder Ihr die Ehe nicht zugeſagt / noch derenthalben Vertröſtung gethan hätte/auch nicht willens geweſen/ſie zu ehlichen/ ſondern daß ſie ſich ſelbſt zu ihm genötiget/gekom̃en/und zu fleiſchlichen Erkennen Urſach gegeben/alsdann / und auff ſolchen Fall / ſoll der Geſelle der Perſonen nicht mehr / dann einen Schleyer und ein paar Schuhe zu geben ſchuldig/und ſonſt von aller ihrer Anfoderung loß ſeyn; Er ſoll aber nichts deſtoweniger dem Gerichts-Herrn/was er der Perſonen zur Ehe-Geld hätte entrichten müſſen/zur Straffe geben.

Ratione poſterioris ſc. an judex ad factam denunciationem procedere poſſit contra denunciatum, diſtingvendum eſt, utrum perſona denuncians extra ſtupri patientiam ſit honeſtæ vitæ & famæ, an vero meretrix aut famoſum ſcortum. Sin prius, honeſtæ

neſtæ fœminæ aſſertioni hoc tribuendum, ut contra inculpatum præſumtionem faciat, ob quam non tantum inqviratur, ſed etiam arreſtetur, atque ad Confrontationem procedatur inde etiam juramento purgationis innocentiam ſuam declarare opus habeat; ſin verò mali commatis ſit fœmina, fides ei non habebitur, ſed indicium tantum facit ad inqviſitionem Mevius *P.3.dec.73.* Carpz. *qu.68.n.100. & ſeqq.*

Et ſic ex hoc ſimul confirmatur *denunciatio partis offenſæ.* 44
Si enim tertio, multo magis huic competit denunciatio, *art. 214. Conſt. Crim.* ubi prima partis offenſæ habetur ratio: Wo der Beſchuldigte nicht peinlich klagen wolte/ſo ſoll dennoch die Obrigkeit den Thäter nichts deſtoweniger von Amptswegen rechtfertigen und nach Gelegenheit der Perſon und überfahrung ſtraffen laſſen. Adeoque liberum eſt parti offenſæ miſſa accuſatione oneroſa magisque ſumtuoſa ad denunciationis confugere beneficium, *t.t. C. ut nemo invit. ager. l. accuſ. cog.* ſeque voluntarium inquiſitionis promotorem exhibere: neque propterea ad ſubeundum judicium compellendus eſt, ſed judici incumbit reliqua per inqviſitionem expedire & proſequi Heig. *qu.39.n.39.* Et hæc adeo vera ſunt, ut ſi pars læſa v. gr. vulneratus, in querela ſua nominaſſet certum delinqventem, judex ſtatim ſine præmiſſa inqviſitione generali ad ſpecialem pervenire poteſt, alias in generali ſubſiſtet, poſt Scacciam Beat. Dn. Brunnem. *c.l. c. 4. n.18. & 19.* Carpzov. *qu.108.n.54. vid. ſup. c.1. n.15.*

Circa hanc itaque denunciationem in ſpecie *quæritur de* 45.
moribundo, ſi aſſerat ſe vulneratum ab hoc vel illo, num faciat hæc aſſertio probationem vel indicium legitimum ad torturam ſufficiens, redliche Anzeigung/darauf peinliche Frage mag gebraucht werden/*art.27. Conſt. Crim.* De hac quæſtione occurrit textus notabiliſſimus *in l.3. §.1. ff. ad SC. Syllan.* ubi, *ſi quis moriens*, inquit Ulpianus, *dixiſſet à ſervo vim mortis illatam eſſe ſibi: dicendum eſt, non eſſe credendum domino, ſi moriens hoc dixit, niſi potuerit & probari.* Nos textus hujus atrocitate moti illud negamus & per ea, quæ pro hoc themate eruditè enucleavit Excell. Dn Stryk. *in diſp. de Effatis agonizant. c.4. de Confeſſionib. agonizantium in Crim.* di-

 cimus

mus,indicium hoc non adeo magni momenti eſſe, multo minus ad torturam ſufficiens,ſed levem aliquam facere præſumtionem *art.25. Conſt.Crim.pr. ibi:* argwöhnigen Umbſtänden.

46 Tandem antequam colophonem huic Cap. imponamus videbimus adhuc *Denunciationem ſui ipſius.* De hac qv.*An quis teneatur in conſcientia ſeipſum deferre vel denunciare?* Negativè expeditam videmus hanc quæſtionem ſub præſidio Celeberrimi Dn.Strykii à Generoſo Dn. ab Ooſten *in Diſp.de Jure homin. in ſeipſum.c.3.n.35.* cujus ſententiam noſtram quoq; facimus; Commune enim Moraliſtarum ſuffragium ex jure naturæ jam dudum merita eſt,poſt Thom.Hurtad. Ziegl. ad Lancelott. *l.1.tit.19. § 6.p.117.* Puſendorff. *in elem.Juriſprud.Univ. l.1.t.12.§.33.p.19.* Diana *Tom.4.tr.9.reſol.15.* conf. Danhauer. *Theol. conſcient. p. 1. ſect.2.art.6 §.9.* Hinc ſi quis ex forma ſtatuti tenetur denunciare omnia maleficia in villa commiſſa ſub gravi pœna,non tenebitur denunciare maleficia ibi à ſeipſo commiſſa. Hipp.de Marſil. *Pr.crim. §. aggredior.n.20.* Decian. *l.2.c.6.n.16. junge.l.6.ff. de appellat.c.36. X. de ſent. excommun. ibiq; Dd.*

47 Quod ſi verò delictum commiſſum eſſet, propter quod bona fiſco eſſent delata, & hoc delinqvens non denunciet, qv. *Num in conſcientia furtum committat?* Diſtingvit Lucas de Penna *ad L.un.C. de his,qui ſe def.* hoc modo; aut bona ipſo jure propter delictum committuntur,aut non: priori caſu ſi non deferat, furtum committit, quia ſtatim ob delictum commiſſum ejus eſſe deſinunt, & ſic fiſci eſſe incipiunt, *l.14. ff. de publican.* ſi ergò rem fiſci apud ſe detinet, furtum facit: poſteriori vero caſu, ubi bona fiſco applicantur non ipſo jure, non tenetur ſe deferre; non enim in bonis jus fiſcus habet,niſi poſt ſententiam ſuper crimine, *l. 1. C. ubi cauſſ. fiſc. l.1. ff. de pæn. l.9. pr. ff. de re milit.* Sed nos miſſa hac diſtinctione generaliter illud negamus, tacentem hoc modo furtum committere, qvamdiu enim de delicto non conſtat,pro delinqvente in Republ. non haberi, nec delictum nondum cognitum Jus Reip. in vindicta publica fundare poteſt, *d.l.1.C. ubi c.fiſc & l.1. de pæn.* adeoque jura noſtra notitiam delictorum præſupponunt, & ſic *d. l. 14. ff. de*

publi-

publican. nobis non obſtabit; cum alias etiam loqvatur de caſu ſpeciali ſc. de commisſis in puncto vectigalium, ubi quis tenetur Principi vel Reip. ſolvere hæc onera, & tamen non ſolvit, ſed doloſe occultat bona, utique enim eo ipſo dum Principem vel Rempubl. ſic defraudat, peccat & furtum committit, adeoque à reatu in conſcientia immunis non erit. Deniq; in hoc etiam caſu Dd. reqvirunt ſententiam declaratoriam. Dn. Brunnem. *ad d. l. 14.* tolliturque hoc jus fiſci qvinquennii præſcriptione, *l. 2. C. de commiſſ. & vectig.* add. Mantz. *Deciſ. Palat. qu. 75.*

Non tamen ſine privilegio eſt denunciatio ſuiipſius, ſed 48
præmium olim conſeqvebatur, qui ut incapax per fideicommisſum heres inſtitutus ſeipſum deferebat, *d. l. un.* & hodie etiam pœna mitigari ſolet iis, qui ſua delicta ipſimet denunciant vel detegunt, exempla ſunt in *l. 5. §. ult. C. ad L. Jul. Maj. l. 1. verſ. accuſatores. C. de falſ. monet. l. 1. §. 26. d. quæſt. auth. novo jure. C. de pœn. jud. qui mal. judic. c. 11. c. 12. qv. 1. c. 1. c. 15. qv. 8. c. 20. X. de election. c. ult. X. de furt.* Et J. Saxon. *l. 2.* Landrecht. *art. 14.* expreſſe diſpoſitum eſt: Kömmet er denn ohne den Todten vor Gerichte und bekennet er es/ehe man über ihn klaget / und erbeut ſich darumb zu Rechte / man ſoll ihn den Halß nicht vertheilen. Et paulo poſt: Umb den todten Mann aber mag ihn niemand an den Halß ſprechen/alldieweil er ſich zu Recht darumb erbeut / ehe man auf ihn klagete. &c. Carpzov. *qu. 149. n. 23.*

Hac quoque cautela uti poteſt bene ſibi conſcius, ut ni- 49
mirum ſponte ſe ſiſtat; tunc enim hoc beneficio dignus eſt, ut præſtitis fidejuſſoribus non incarceretur, etiamſi agatur ad pœnam corporis afflictivam. Imo ſponte comparens, quando alii inqviſiti fugam arripiunt, debet abſolvi & ſpontanea comparitio diluit omnia indicia, quæ alioqvin ſufficiunt ad torturam. Spontanea autem comparitio dicitur & ea, quando quis citatus venit, vel quando ſciens ſe quæri & non fugiens, cum poſſet, permittit ſe capi, uti hæc omnia ex aliis adducit Oldekop. *obſerv crim. tit. 3. obſ 4. n. 12. & ſeqq* Hoc itaque cum faciat ad defenſionem rei, judex in actis diligenter illud tenetur conſignare, ne omiſſa conſignatione reo auferat defenſionem. De

cetero ſalvum erit etiam in hoc ſpontaneæ comparitionis vel confeſſionis actu judici arbitrium pœnam pro jure ſibi competenti mitigandi vel non, pro delicti atrocitate. Carpzov. *dict. l. num 36. & ſeqq.*

CAPUT III.

De Objecto Denunciationſi, ſive Cauſis Ipſis.

SUMMARIA.

Delicta ſunt publica & privata. n. 1.
Publica an denuncianda tantum. 2.
Omnia admittuntur. 3
Mores Saxonum in denunciatione delictorum domeſticorum. 4.
Denunciatio injuriarũ quando adimatur. 5.
Præjudicium in Paſtore. 6.
Studioſorum hoc in caſu privilegium. 7
Speciatim Francofurtenſium. 8.
Quanam delicta Paſtores debeant denunciare. 9.
In Marchia quæ. 10.
Quanam Fiſcales. 11.
Quæ Principem & Remp. tangunt à quibus. 12.
Crimen L. Majeſtatis. 13.
Taciturnitas hic nocet. 14.
Exemplum ſingulare. 15.
Quid de occultis ſtatuendum. 16.
Si delinquens ignotus ſit. 17.
Chirurgorum denunciationes vulnerum. 18.
De impunitis. 19.
De Parentum & fratrum delictis. 20.
Denunciatio ventris. 21.
Maritorum. 22.
De bonis nunciandis remiſſivè. 23.

Ob-

OBjectum denunciationis ſunt ipſa crimina vel delicta, quæ ſunt vel publica vel privata, hæcque vel vera vel impropria ſive quaſi delicta, *pr. Inſt. de obligat. qu. ex dol. naſc. l. 1. ff. de O. & act.* quæ uti indigna inqviſitione, ita etiam denunciatione à multis habentur, nec niſi publica, majora & ſcandaloſa, quibus Reipubl. tranqvillitas læditur, admittuntur, quæ ipſa ſententia in Saxonia obtinuit, teſte Carpzov. *qu. 107. n. 22.* 1. 2.

Nos omnium delictorum cauſam propriam eſſe denunciationi, dicimus moti rationibus ſolidisſimis Beati Brunnem. *d. Proceſſ. Inquiſit. c. 5.* Ea enim quæ ſæpius in oculis multorum leviora apparent, publicis, quæ vocant, interdum atrociora ſunt, ſi pia mente examinantur, & graviora iis, quæ ut publica puniuntur ſeverisſimè. Generalis itaq; denunciatio omnium delictorum in terris nonnullis habetur, ſubditisque eadem denunciandi ſub cenſura incumbit necesſitas. Fagundez *in decal. præc. 8. l. 8. c. 45. n. 8.* 3.

In ſpecie vero J. Saxonico qvilibet ſubditur tenetur denunciare eaſdelicta, quæ in domo vel villa ſua committuntur, niſi arbitrariè puniri velit; hocque deducunt Dd. ex juramento fidelitatis vel homagii, vor Schaden zu warnen. Modeſt. Piſtor. *p. 2. qu. 61.* Coler. *dec. 205.* Non enim charitati Chriſtianæ adverſatur, ſi quis alterum in ejusmodi judiciis cenſoriis (vulgò Rüggericht *vid. c. 1. n. 12.*) deferat, modo omnis vindicta & rancor animi à denunciante adverſus denunciatum abſit. Klock. *de ærar. l. 2. c. 135. n. 3. & ſeqq.* 4.

Aliis vero communiter Dd. admittunt etiam in *injuriis* denunciationem, ſi ſc. Magiſtratui, verbi Divini Miniſtro, Profeſſori, Doctori, viduis eorum inferantur. vid. Dn. Brunnem. *c. l. n. fin. & ad tit. C. de Dignitat.* Quam praxin reſpectu Paſtoris Nobiliſſ. JCtorum Ordo in hac Viadrinâ 18. April. 1671. ſuo Reſponſo comprobavit: Wann die im Bericht enthaltene diffamation zu erweiſen / kan Herr Qværent ſalva exceptione beyde Referenten unter die annotirte Nahmen bezeichnet Coram Magiſtratu Politico actione injuriarum zu Rechte wohl belangen: Oder wo es ihm thulicher zu seyn erachtet würde / ſtehet es 5. 6.

 zu

zu deſſen Belieben / Magiſtratui Politico und Judici diffamanti-
um competenti ob ſcandalum inde exiſtens, zu denunciren und
probationes zu ſuggeriren. V R. W.

7. Et idem in injuriis Studioſis illatis obtinere, & quod ju-
dex teneatur ex officio ad denunciationem factam inqvirere
ſtatuunt *arg. auth. Habita. C. ne fil. pro patr.* Marant. *ſpec. aur.*
part. 6. tit. & pervenitur aliquando per viam inquiſitionis, num.
8. *159.* In ſpecie vero hujus Academiæ Studioſi privilegio ſin-
gulari muniti ſunt ab Imper. Maximiliano Norimbergæ 26. O-
ctob. anno 1500. in quo expreſſe conſtitutum fuit, ſi quis turbet
eosdem in privilegiis ſuis vel injuriis tenerario cauſa afficiat,
ut à turbatore injurioſo pœna 100. marcarum auri puri pro
medietate Fiſci Imperialis ærario, pro alia injuriarum paſſo ir-
remisſibiliter applicanda, perſolveretur.

9. Pari ratione Paſtoribus Eccleſiarum eorum etiam crimi-
num, quæ in cenſum criminum publicorum non veniunt, ſeria
injungitur inqviſitio, & ſi corrigi non posſint vitia, eadem de-
nunciare debent. Et hoc in ſpecie iisdem injunctum in *Con-
ſtitut. Conſiſtoriali Brandenb. tit. 10. ſ.* Den PfarrErn und Pre-
digern gebühret auch die gottloſe / faule / träge / unachtſame Leute /
ſo GOttes Wort und die Predigt verſäumen / oder ſonſt indes ih-
rer Arbeit und Handthierung gewarten / auch von dem Gebrauch
des hochwürdigen Sacraments des Altars ſich etliche Jahre äuſ-
ſern / desgleichen in Unzucht / Ehebruch / Hurerey / Vollſauffen /
Spielen / Wuchern und andern öffentlichen Gotteslåſterungen le-
ben / damit berüchtiget oder verdächtig ſeyn / treulich zu vermahnen /
ſich zu beſſern / und von Sünden abzuſtehen. Mit angeheffter Ver-
warnung und Bedrauung / da jemands alſo in Verachtung Gött-
lichs Worts und rohen Leben fortfahren / und bey Zeite zur Buſſe
nicht ſchreiten würde / daß der / oder dieſelben zu Gevatterſchafften
und andern Chriſtlichen Verſamlungen u. Händeln nicht ſollen zu-
gelaſſen / vielweniger da ſie verſtürben / auf die Kirchhöfe als Chriſten
zur Erden beſtättigt / ſondern ohn einige Chriſtliche verordnete Ge-
ſänge / als die unvernünfftigen Thiere / anders wohin ſollen begra-
ben werden / und da ſie durch ſolch Schrecken oder güttlich Ver-
mahnen

mahnen/ſich auch nicht wolten aus dem unbußfertigen Leben begeben / ſollen die PfarrEr dieſelben ſelbſt davon nicht halten oder ausſchlieſſen ſondern ſolches zum Uberfluß an unſer Conſiſtorium gelangen/dann in ſolchen und dergleichen Sachen ein Fiſcal verordnet/welcher wider ſolche Verbrecher mit Proceſſen gebührlichen zu verfahren Befehl hat.

Fiſcales vel Fiſci Advocati quæ denunciare debeant, addiſci poteſt ex *Ordinat. Wiſmarienſis Tribunalis p. 1. tit. 7. §. 3.* ibi: Soll Er was ihm von Fiſcaliſchen Angelegenheiten vorkomt/ ohngeſäumt denunciren. Quæ cauſæ in §. ſeq. 4. hoc modo exprimuntur. Drittens iſt ſeinem Ampt angehörig/ da in unſern unterthänigſten Landſchafften ſich Fiſcaliſche Fälle begeben/ wider GOttes Wort/unſere Ordnungen und Conſtitutionen ärgerliche und ſtraffbahre Mißhandlungen vergiengen / aber bey unſern Gerichten durch die Fiſcalen nicht beobachtet würden/nach erlangter Nachricht ſolches anzumelden/darüber Verordnung zu erwarten/ und ſolcher gemäß ſich zu bezeugen. 11.

Inprimis verò Principis perſonam & Remp. ſibi commendatisſimam habere debent ſubditi, ut omnia, quæ tangunt Principis & Reip. ſalutem fideliter denuncient. Hinc & Aulæ & Fiſci Advocatorum potisſimum munus eſt ſagaci inqvirere ſtudio, ſi quis Jura Principis invadat, vel ea, quæ Majeſtatis ſunt, injuſte uſurpet. Gravisſimum eo nomine Juliâ L. inductum eſt judicium criminis læſæ Majeſtatis, quod nec filiorum parcit reverentiæ, quam debent parentibus, nec horum amori, quem liberis conteſtari tenentur. Patriæ & Reipubl. amor hunc affectum vincit, illud obſeqvium ſuperat. Nexus Rerumpubl. hæc vincula diſſolvit & dominum ſervi ſubjicit arbitrio, *l. 6. C. de delat.* Quam triſtia hoc in genere Galliæ theatrum nobis exhibuit exempla! qvorum ſeriem obſervabis in *Diario Richelii,* dicto *Journal du Cardinal de Richelieu.* 12. 13.

Taciturnitati utut alias ſua ſint præmia, hic ceſſant, & nocet tacuiſſe, *l. 5. §. 6. C. ad L. Jul. Maj.* quod exemplo ſuo infelicisſimè comprobavit Magni Thuani Filius, quem arcta amicitiæ 14.

citiæ fides Henrico Effiato, Mareſchallo Franciæ præſtita, ſola ſc. taciturnitas cum hoc vitæ exheredem fecit.

Morti pari periere duo, ſed diſpare cauſſa
Eſt reus iſte loquens, eſt reus ille tacens.
Morte pari periere duo, ſed perdidit illum
Fracta fides, alium perdidit arcta fides.

Vid Harsdörffer. *in Theat. Trag. relat. 102. quam ex d. Diario repet.*

15. Stupendum eſt exemplum, quod de Galliarum Rege Franciſco I. infelicisſimo illo Caroli V. æmulo refert Bodinus *de Rep. l. 2. c. 5.* Hic enim nobilem hominem, qui meditatam ejus necem Franciſcano ſodali religioſæ confeſſus erat, & ſceleratæ hujus cogitationis veniam efflagitaverat, ad monachi ſuggeſtionem judicibus curiæ Pariſienſis ſiſti jusſit, à qvibus capitis damnatus cogitationis pœnam paſſus eſt. Non tamen ſine cenſura repetit hoc exemplum Chriſtoph. Adam Rupert. ad Valer. Max. *l. 6. c. 1. § 2.*

16. Dum autem in hoc crimine læſæ Majeſtatis occulta quoque ſunt aperienda & denuncianda quæritur, *quid ſtatuendum ſit de aliis occultis*, de notoriis enim nullum eſt dubium? De occultis non judicare Eccleſiam, πολυθρύλλητον eſt ex *c. 33. X. de Simon.* ſed illi committenda eſſe, qui ſolus novit corda filiorum hominum, *c. 20. c. 2. qu. 4.* Cum tamen occultum quid in jure non uno modo dicatur, uti hoc in *Diſput. de Occultis* ſub præſidio Magnifici Ordinarii, Dn. D. Rhetii oſtenſum fuit, & crimen occultum etiam illud appelletur, quod difficilis eſt probationis ſui naturâ, Carpzov. *Juriſprud Forenſ. p. 1. c. 16. D. 73.* ad horum quoqve denunciationem obligari officialem ſtatuimus cum Salycet. *ad l. 7. C. de Accuſat.* privatis enim hoc vix ſvadendum, *c. 27. c. 2. qu. 7.* cum officii necesſitatem ad effectum ceſſantis calumniæ pro ſe non habeant, & facilè etiam in ſuſpicionem ſocietatis incidere posſint & indicium torturæ aliis concurrentibus ſubminiſtrare, Zanger. *de Tortur. c. 2. n. 135.*

17. Sed quid ſi omittatur denunciatio officialis ex eo, qvod delinqvens ſit incognitus numne excuſabitur? Salycetus *c. l.* diſtingvit

Diſtingvit & ponderanda eſſe, ait, verba Statutorum de iſtis denunciatoribus diſponentium, nam ut ſcripta in rem ſunt, aut in perſonam, aut utroque modo. Si in rem, puta, quod debeant denunciare omnia maleficia in eorum villis commiſſa, & tunc licet ignorent, à quo maleficium commiſſum ſit; ipſum tamen maleficium denunciare debent: ſi in perſonam, ſc. quod denunciare debeant omnes, qui maleficia cujuscunq; generis commiſerint, tunc ſi ignorant reum, non tenentur denunciare maleficium, qvia denunciatio maleficii tunc conſecutivè venit ad denunciationem perſonæ illud committentis. Sin utroque modo ſunt conſcripta, ut denuncient omnia maleficia in eorum villis commiſſa & omnes perſonas eadem committentes, tunc utroq; caſu tenentur ſ. ignota ſit perſona ſ. non. Verum moribus noſtris, cum alia rerum noſtrarum ſit facies, & officialibus, potisſimum verò Fiſci Advocatis hæc cura generaliter committi ſoleat, eosdem tutius agere, ſtatuendum erit, ſi corpus delicti, licet ignotus ſit Autor, denuncient & judici hoc modo viam præparent ad inqviſitionem generalem; ſic enim magis conſcientiæ ſuæ & Reipubl. conſulent Alphonſus Vilagut *Pr. crimin. c. 2. concl. 1.* Angel. *de malefic.* §. *nec non ad denunciationem. n. 9.*

In ſimili vero caſu, quando de delinqvente non conſtat, 18. nec de delictis ipſis, proderit interdum judici, ſi Chirurgi *vulnerationes* denunciare teneantur, & quis vulneratus curæ eorundem commiſſus fuerit, deferre; hoc enim caſu Autores duellorum & rixarum facilè innoteſcent. Quæ conſvetudo in Italia utilisſimè obſervatur, ubi juramento adiguntur ad manifeſtandum vulneratos, qui poſtea vulnerantem denunciare coguntur. Scacc. *de Judic. l. 1. c. 71. n. 2.* & ſi reticeant nomina vulnerati & vulnerantis ipſis non ignota, vel pecunia corrupti ſcienter & doloſe occultent, puniuntur extraordinariè. Farinac. *l. 1. t. 1. qv. 4 n. 17.* Idemque in nonnullis Academiis, uti Helmſtadii, propter Studioſos introductum eſt. Sed quid de *Deli-* 19. *ctis impunitis* ſtatuendum eſt, v. gr. ſi occiſus eſſet bannitus, der Vogel-frey gemacht/vel uti terribilis banni formula in Franconia olim ſonabat, (Dn. Oldenb. *ad Inſtrum. Pac. p. 3. diſc. 16.*) deſſen

Leib und Fleiſch getheilt iſt den Thieren in den Wäldern/ den Vögeln in den Lüfften / und den Fiſchen in den Waſſern / der erlaubt iſt männiglich auf allen Straſſen/und wo ein jeglich Mann Fried und Geleit hat/keines haben ſoll/ der gewieſen iſt die Straſſen der Welt/in dem Nahmen des Teuffels: vel alius, quem de jure impunè occidere licet, vel ſi homicidium caſuale contigerit, numne Fiſcalis excuſabitur, ſi omittat denunciationem? Reſpondetur quod non, cognitio enim juris ad ipſum non ſpectat, ſed ad judicem, Salycet. *c.l.n.13. arg. l.ult.§ 6. ff. de public. l.5. §.10. ff. de nov. oper. nunc.* Et ſæpe contingit, ut damna, quæ fortuito etiam caſu fieri ſolent, ex proæreſi & propoſito fiant; e. gr. ſi quis in flumine ſubmergatur, vel è tecto decidat. Nam ut aliàs mortuus repertus non præſumatur à ſeipſo occiſus, Decian. *l. 2. c. 6. n.13.* cum tamen ſæpius *αὐτοχειρία* in ſimili concurrat, vel procedente tempore reperiantur ac manifeſtentur ejusmodi ſcelerum perpetratores, utile erit, ſimilia ad judicum pervenire notitiam, ut rei veritas detegi poſſit Vilagut. *d. l. concluſ. 3.* Nec in bannitum ubique ſævire licet, Klock. *vol.3. conſ.149. n.4.*

20 Tandem de Fiſcali filio vel fratre qværitur, an delicta patris vel fratris denunciare debeant? Hoc propter neceſſitatem officii affirmat poſt Salycet. *d.l.n.14.* Angelus *ad d. §. n.8. per l.35 ff. de relig. & ſumt. funer. l. fin. ff. de rer. div. l. 13. §. 6. ff. de re milit.* ex qvâ aliàs cautelam pro pœna mitiganda Dd. deducunt, ſc. ſi pater offerat filium, ſed quàm male, poſt alios demonſtrat *ad d. l. 13.* B. Brunnem.

21\. Deniqve magnam affinitatem habet cum hiſce cauſſis criminalibus ſolennis illa *Denunciatio ventris*, ſ. graviditatis ex SCto Plauciano, quat. uxor divertens ſe prægnantem eſſe marito denunciat, ut cuſtodes ventris mittat & partum agnoſcat, & viceverſa à marito uxori fieri ſolet denunciatio de non agnoſcendis liberis. *t. t. ff. de agnoſc & al. lib.* Quæ denunciationes adulterii judicium interdum fundant, ſi maritus partum agnoſcere detrectat.

22\. Sic ad præcavenda adulteria & impetrandam occidendi impunitatem nota eſt trina illa denunciatio mariti ex *Nov. 117 c.*

15.auth.ſiquis.C.ad L. Jul. de adulter. quatenus maritus, ſi forſan ſuſpicatur aliquem velle ſuæ uxoris illudere caſtitati, conteſtationes ei ex ſcripto tres deſtinat habentes teſtimonia trium virorum fide dignorum,& poſt has tres ex ſcripto conteſtationes, invenerit eum convenientem ſuæ uxori, (συντυγχάνοντα τῇ ἑαυτοῦ γαμετῇ,) ſi quidem in ſua domo,aut ipſius uxoris.aut adulteri,aut in popinis, aut in ſuburbanis,licentiæ eſt marito propriis manibus talem perimere, nullum periculum ex hoc formidanti. Si verò in alio loco talem invenerit cum ſua uxore loquentem, non minus tribus teſtibus fide dignis convocatis,per quos probare poſſit, quod eum cum ſua uxore comperit, judici tradere debet crimina examinanti.

Et hoc ipſum privilegium denunciandi & occidendi marito adhuc hodie competit, autoritate *Conſtit.Crimin. art.142.* in quo expreſſe mentio fit facultatis occidendi adulterum uxoris & filiæ, & ad anteriorum legum permisſionem ſe refert. Neq; enim ejusmodi leges omnino damnandæ ſunt, utpote *quæ id non præcipiunt, nec ſuadent,nec ad id cooperantur; ſed ut homines à tanto flagitio, à tantaque injuria ac ignominiâ irroganda maritis abſtineant, & ut ſimul id ſit in pœnam nolentibus ſe à tanto flagitio continere,atq; ob nimium dolorem & injuriam, quibus mariti ac patres laceſſiti id efficiunt, ſolum permittunt ac impunitum relinquunt maritum ac patrem adulteræ interficere adulteros in adulteriis deprehenſos.* ut ex Molina *de Juſt.& jur. tom.4. tr.3. diſp. 99.pr.* & aliis pluribus contra Dd. ibi allegatos deducit uſum hujus juris Struv. *de Vind.priv c.8, aph.1.n.10.*

Quomodo verò formare debeat maritus denunciationem hoc caſu,videbimus Cap. ſeq. n. fin.

De bonis nunciandis,videri poterit *t.tit.ff.& C.de his qu.* 23, *ut indign.l.1.ff. de Jur.fiſc. & t.t. C. de bon. vacant. cum ſequenti. d.delator.* ibique Dd. Practicam verò denunciationis bonorum vacantium & quomodo procedendum ſit, videſis apud Klock. *de Ærar. lib.2, c.136.n.41.*

CAPUT IV.

De Forma & Modo Denunciationis.

SUMMARIA.

Judicis ſcientia & conſcientia. n. 1.
Gravitas judicii crimin. 2.
Legitima ſit Denunciatio. 3.
Requiſita denunciat. gener. 4.
Judicis officium in hac. 5.
Corp9 delicti inveſtigandum. 6.
Denunciatio ſpecialis. 7.
Nomen Denunciantis requiritur. 8.
Proceſſus alias nullus. 9.
Excip. cauſſa ſagar. 10.
Mores Mediolanenſ. hoc in caſu. 11.
Cenſura Scacciæ. 12.
Providentia Divina effect9. 13.
De Subſcriptione ad pœnam talion. 14.
Formula hujus. 15.
Ceſſat hodie. 16.
Juramentum denunciantis. 17.
Charitativa admonitio an requiratur. 18.
Hujus forma & exemplum. 19.
Ceſſat in Denunciat. crim. 20.
De probatione denunciati criminis. 21.
Obſ. l. 6. §. 3. ad SC. Turpil. 22.
Explicatur. 23. 24.
Proteſtatio denunciantis. 25.
Judex competens denunciation. 26.
Modus inſinuandi denunciat. 27.
Apud Venetos. 28.
Forma denunciationis ſocii. 29.
Quid ſi non interrogatus ſocios nominet. 30.
An tortura hic requiratur. 31.
Inquiſitio circumſtantiarum. 32.
Inimicitia denunciantis. 33.
Socii denunciati qualitas. 34.
Denunciantis conſtantia. 35.
Idem in ſagis. 36.
Forma denunciationis mariti. 37.

Du-

DUplici ſale Judicem inſtructum eſſe debere vult Baldus *in l. 2. C de ſent. ex peric. recit.* ſcientiæ,ne ſit inſipidus,ſed juſti atque injuſti notitia ſit præditus & conſcientiæ,ne ſit Diabolicus, 1.
Conſcientioſa enim ſi abſit ſcientia facile aberrabit,nec juſtitiam juſtisſimam ſectabitur,uti locum *Deuter.16, 20.* vertit Tremellius; ſed ſæpius juſtificabit impium & condemnabit juſtum, utroque caſu abominabilis apud Deum, *Prov.17, 15.*

Et ſi ullibi,certè in Criminalibus & conſeqventer in materia 2.
denunciationis ſale tum ſcientiæ tum conſcientiæ opus eſt. Non enim hic de glande legenda vel pecore paſcendo; ſed de fama, honore vel etiam ſangvine & vita hominis agitur, Berlich. *p. 2. dec. 231. n. 17.* Optimè vero ſibi conſulet judex, ſi non levato velo & tumultuariè ad quamlibet denunciationem procedat,ſed an legitima ſit denunciatio, prudenter attendat; quod ipſum in definitione *c. 1. n. 10.* expresſimus. Legitimè verò fit denun- 3.
ciatio, ſi legum & ſtatutorum diſpoſitioni eſt conformis, hac enim obſervata formam denunciationis cujuslibet facilè habebit & hac ratione pro qvalitate denunciationis juſtè procedere poteſt.

Repetimus itaque hoc loco diviſionem noſtram, quam *c.* 4.
1. n. fin. ſubnexam dedimus, dum aliam generalem, aliam ſpecialem denunciationem eſſe diximus, & utriusque reqviſita hic videbimus. In generali (qvam ſub hac intelligamus, explicat *d. c. 1. n. fin.*) nullum certum reqviſitum adeo eſt neceſſarium, præter expresſionem delicti, quod denunciatur, quia denunciatio generalis dirigit tantummodo judicem ad inveſtigandum delictum ſpecialiter & generaliter delinqventem. Et qvoniam per hujusmodi denunciationem nemini fit injuria ſeu præjudicium, ideo poteſt fieri ſine nomine denunciantis, ſine die, ſine anno, ſine ſcriptura & extrajudicialiter. Judicis tamen eſt hoc 5.
in caſu, ut quàm diligentisſimè fieri poteſt, ſe informet de loco delicti, de tempore & de aliis qvalitatibus & circumſtantiis facientibus ad rem, eaque omnia, ut à memoriæ lapſu conſervemur, annotet; & ubi veriſimiliter dubitetur de aliqua calumnia ſeu impoſtura, vel delicti corpus reciperet ſo-

lùm probationem per teſtes,delictumve eſſet occultum, debet ſtudere, ut denuncians,aperto nomine denunciet, cumque poſt denunciationem interrogabit medio juramento, ut in Italia agi ſolet cum Barbitonſoribus, qui bannimentorum neceſsi-
6. tate denunciare coguntur Scaccia *de Judic.l.1.c.71.n.2.* Ante omnia itaque de corpore delicti debet eſſe certus iudex, *l.1.* *§. item illud.24. ad SC. Syllan.* B. Brunnem. *Proc. Inquiſit. c. 7.* in hoc enim tanqvam cardine vertitur officium judicis, ſc. ut dignas pœnas delinqventibus infligat. Licet enim delictum detur qvandoque ſine pœna, tanqvam nunquam datur pœna ſine delicto, *§.4. Inſt. de SCt. Tertull. l. 40. C. de tranſact.* cum itaque delictum ſit ſcopus totius judicii criminalis, ſeqvitur, quod de eo inprimis conſtare debeat, aliàs enim fruſtra omnis inſtitueretur inqviſitio. Scacc. *c. l. n. 3.* Guazzin. *dict. Tr. ad defenſam inquiſitor. tom. 1. defenſ. 4. c. 1. & ſeqq.* ubi doctrinam de Inqviſitione circa corpus delicti uberrimè explicat.

7. In denunciatione ſpeciali reqvirunt communiter Dd. (1) ſcripturam, ut ſc. ſcripta ſit vel manu denunciantis, vel Actuarii aut Notarii judicii, cui denuncians cauſſam narrat, quiq; ipſo dictante illam notat in actis, Clar. *l 5. qu. 7. num. 11.* (2) ut exprimatur delictum, quod generale eſt in omni denunciatione propter rationes jam allatas. (3) Nomen denunciati ſive delinqventis proprium, vel alia ſigna æqvipollentia, quæ illum demonſtrent; talis enim demonſtrativo vice nominis fungitur, *l. 6.*
8. *ff. de reb. credit.* (4) Denunciantis nomen. Et hoc ultimum reqviſitum ſummæ eſt neceſsitatis, alias enim qvilibet poſſet audacter calumniari, prævaricari & dare nomina teſtium ſubornatorum, & detectâ calumniâ impunitus evaderet quoad condemnationem expenſarum. Boſſ. *Pr. Crim. tit. de Denunciat. n 18.* Scacc. *c. l.* Non enim, qui clam & per cuniculos calumniatur, oportet eſſe melioris conditionis, quàm qui palam & publicè, cum ſint magis excuſabiles qui publicè & palàm, quàm qui clam peccant. *l. ult. ff. de Rit. nupt.* Oldekop. *obſ. crim. tit. 2. obſ. 9. n. 4.*

9. Tantæ autem neceſsitatis eſſe hanc nominis denunciantis expreſsionem, ut, proceſſus ſit ipſo jure nullus; ſi judex ſuper hujus-

hujusmodi notificatione proceſſerit, etiamſi in eadem nominati eſſent teſtes de ipſo delicto informati, per præjudicia atteſtatur Clarus *c. l. qu. 5. n. 4.* quem ſeqvitur Oldekop. *d. l n 5.*

Limitatur tamen hoc aſſertum ex moribus nonnullorum locorum, in cauſſis ſortilegii & lamiarum, qvia ſi in his denunciatores tenerentur exprimere ſua nomina, profecto juſto timore deterriti, non auderent unquam deferre ſortilegos. Unde mos & Mediolani, ut in eccleſia ſit collocata quædam arcula, in quam cuique liceat conjicere ſchedulam denunciationis, quæ contineat nomen ſortilegi, ſpeciem commisſi ſortilegii, locum, tempus & teſtes informatos, denunciantis nomine ſuppreſſo, quæ arcula ſingulis quindenis diebus reſeratur coram judice & Regis Procuratore ſeu Fiſcali, qvorum uterque habet unam clavem dictæ capſulæ, & repertis in ea ſchedulis denunciatoriis, ſe ſuper illis ſecreto informant, uti laudabilem hanc Scotorum conſvetudinem Mediolani receptam refert Bodinus *Dæmonoman. l. 4. c. 1. p. 540.* Cenſet tamen Scacc. *d. l.* denunciatores poſſe reddi cautos, etiamſi expreſſo nomine denunciarent, dummodo ſtylus eſſet, ut eorum nomina ſecreta tenerentur. Si enim judex hæc propalaret, puniendus eſſet pœna ſtatuto comprehenſa, ſin autem pœna ſcripta non eſſet, arbitrariè. Decian. *Criminal. l. 7. c. 17. n. 37.* Et ſi diabolicam timent malitiam, non videmus, qvantum ſecuri ſint ex eo, quod ſuppreſſo nomine denunciarint; ſiquidem Diabolus poſſet nihilominus ſcire, qui ſint hi, qui vadunt ad denunciandum. Scaccia *ibid.* Optimum itaque & tutisſimum erit præſidium in providentiâ divina, quæ malitiam hominum atque ipſius dæmonis tempeſtivè compeſcere, & judicia ſua ſancta atque inviolata conſervare optimè novit.

Huic enim Divinæ providentiæ unicè adſcribendum eſt, quod maleficæ, ubi ſemel incarceratæ & publicæ juſtitiæ ſubjectæ fuerint, per miniſterium Dæmonis eripi non posſint, cum tamen antea de loco in locum etiam longinqvum celerrimè delatæ fuerint; quanquam alias minus firmas rationes afferat Damhouder. *Pr. Crim. c. 61. n. 125.* alteram, quod Dæmon avidè

jam

jam expetat ſupplicium imminens, ne eripiatur ſibi anima hactenus mancipata; alteram, ne judices curioſi in eandem pertrahantur naſſam, ſi quis elabendi modus innoteſceret. Dn. Ziegl.
10 *in aurea ſua Dicaſtice ſ. Tr. de Off. Jud. Diſſert. Præliminar. n. 34.* ubi n. præc. 33. fatetur, *ſe ſæpe anxium extitiſſe, quando in cauſis criminalibus veneficas & incantatores concernentibus ſententia con-*
11 *cipienda fuit, maximeq; metuiſſe ab hujusmodi hominibus, quod putaverit, etiam judicem juſtè judicantem ex permisſione Divina per incantamenta damno affici poſſe. Sed quia nullum unquam ejus rei compertum fuit exemplum, firmisſimè perſvaſus eſt, Deum id permittere nolle & ſancta ſua ideo cuſtodire atq; protegere judicia, ne in immenſum excreſcat malitia hominum, utve quam infirma ſit atq; ex nutu ſuo dependeat poteſtas Diaboli magis magisq; piis & fidelibus innoteſcat.* Hæc ille. Nos revertimur ad reqviſita denunciationis ſpecialis & quærimus, quid de ſubſcriptione ad pœnam talionis ſtatuendum, numne inter alia reqviratur? Quæ & qua-
14. lis illa fuerit ſubſcriptio, quæ inſcriptioni jungebatur, addiſci poteſt ex formula, qvam ex Briſſonio, omnis antiqvitatis peritisſimo nobis exhibet Anton. Matth. *d. Crimin. ad tit. de accuſat. c. 6. n. 5.*
15. talem: *Ego ille adverſum te in rationibus publicis adſiſto. Si te injuſtè interpellavero & victus exinde apparuero, eadem pœna, quam in te vindicare pulſavi, me conſtringo, atq; conſcribo, partibus tuis eſſe damnandum. Et pro rei totius firmitate manu propria firmo, & bonorum virorum judicio roborandum dabo.*

16. Multorum Dd. autoritate hæc à multis adſtruitur in ipſa denunciatione æque ac olim in accuſatione, maximè ſi privatus denunciet, Scacc *l. 1. de Judic. c. 55. n. 4.* Clarus *d. qv. 7. num. 11.* Sed cum hodie inſcriptio & pœna talionis pasſim à foro receſſerit, Gothofred. *ad l. fin. C. de accuſat.* (vid. cap. 1. n. 18.) eadem onerandus non erit denunciator. Angel. *de Malefic. dict. l. num. 12. p. 193.* Salycet. *ad l. 7. C. d. accuſ. n. 17.* Boſſ. *tit. de Denunciat. n. 14.*

17. Bene tamen facit judex, ſi cauſſæ gravitas vel aliæ denunciationis circumſtantiæ id expoſtulare videntur, ut adſtringat denunciantem jurare, denunciationem eſſe veram. Decian. *crimi-*

criminal. l. 7. c. 17. n. 37. & poſt Damhoud. Oldekop. *t. 2, obſerv. 59. n. 6.* Millæus *pr. crim. n. 7. p. 8.*

Reqvirunt denique alii & præſupponunt *Admonitionem* 18.
charitativam, c. 24. X. de accuſ. & à denunciatione repellunt eum, qui non præmonuit, *c. 2. X. de accuſat.* Scaccia *l. 1. cap. 55. num. 2.* Charitativa autem dicitur, quia fit propter Deum, non ex odio, nec ad ulciſcendum, ſed perfecto amore, quo proximum proſequi jubemur. Speculat. *ſpec. jur. l. 3. p. 1. de Denunciat. §. 2. num. 5.* Et hæc prima vice ſecreto debet fieri, ſive ab ipſo ſolo Denunciante, ſive per epiſtolam & nuncium fiat, *arg. l. 14. §. ult. ff. de conſtit. pec.* Generoſ. Dn. Godofred. de Jena *de Denunciat. Evang. aph. 10. p. 298.* Formam hujus *charitativæ admonitionis* in clerico monente Epiſcopum talem nobis pro genio ſuo Latinitatis 19.
ſuggerit & in ſuæ confesſionis Paſtoribus exhibet Speculat. *c. l. n. 4.* Domine, dicitur de vobis, quod habetis concubinam, quod eſſe non debet. *l. 19. C. de Epiſcop. & Cler.* & quod luditis ad tabulas, *auth. interdicimus. C. eod.* vel conſervationem nimiam cum tali veſtra nepte habetis, *c. 15. X. de præſumt. c. 1. diſt. 34.* Unde moneo vos charitative & pro DEO, quod ab hujusmodi ceſſetis, nec ſitis prodigus famæ veſtræ *c. fin. X. de Accuſat.* cum in odore bonæ famæ debeatis delectari *c. 14. X. eod.* quia crudelis eſt, qui negligit famam ſuam *c. 10. c. 12. qu. 1.* Sed uti ſuo loco in foro 20.
Eccleſiaſtico relicta prodeſt hæc charitativa admonitio, puta in Evangelicâ denunciatione, quæ intendit non publicam vindictam, ſed tantum correctionem & pœnitentiam proximi, ita in foro ſeculari nihil commune habet cum denunciatione criminali, quæ vindictam publicam deſiderat, & in locum accuſationis ſucceſſit, adeoque neceſſarium non eſt, ut præcedat. Ziegler. ad Lancelot. *l. 4. tit. 1. §. 1. verb. Charitativa monitione.* Scacc. *l. 1. d. jud. c. 55. n. 2.*

Sed quid de *probatione denunciati criminis* dicendum? In 21.
definitione adjecimus ſuggeſtionem, adeoque partem denunciationis eo ipſo eandem feciſſe videmur. Verum eo ipſo nihil aliud innuimus, quàm ut denunciator probationes, ſi quas habet,

 ſug-

ſuggerat judici,ea,quæ de crimine novit, oſtendat, teſtes nominet,non verò ut abſolutè teneatur probare, & ad hoc à judice cogi poſſit. Mantz. *qu. 75.* Nec obſtabit huic negativæ *l. 6. §. 3.*
22. *ff. ad SC. Turp.* ex qva Clar. *qu. 7. n. 10.* deducit, qvod denunciator de jure ſcripto teneatur probare,vera eſſe ea,quæ in ſua denunciatione continentur. Nam textus ille nihil de probatione dicit,ſed de hoc tantum, quod Magiſtratui ſuis illis argumentis in inqviſitione aſſiſtere cogatur. Weſenb. *ad SC. Turp. n. 9.* Unde Judex plerumque mandat ipſimet denuncianti, ut melius ſeſe informet. Clar. *d. n. 10. in fin.* Reliqua,qvæ circa hoc probationis onus dubia videntur,diſcutit laudatus Mantz *per tot. d. q.*
23. Ἐν παρόδῳ verò hoc loco notandum, quid in d. l., ſub *notoriis intelligatur*? Voſſius, inſignis ille Criticus *l. 3. d. vit. ſerm. c. 29.* vocabulum notorii adjectivè accipiendum eſſe putat pro manifeſto; ſed lapſum ejus detegit JCtus ſolidè doctus. Tabor *d. Confrontat. p. 2. n. 15. p. 55.* Nam vox *Notariarum* & *Notoriarum* ibi ſubſtantivè accipienda eſt; denotat enim tabulas ſive epiſtolas, qvibus nunciatores illi Principi aut Præſidi crimina denunciabant. Alio nomine vocabantur elogia, *vid. l. 6. ff. d. cuſtod & exbibit. reor.* & relationes, *l. 14. C. de Accuſat.* Dicebantur autem *Notoriæ & Notariæ* à notis, qvibus conſignabantur: brevibus enim notis ſ. compendiis de criminibus in provincia commiſſis nunciationes fiebant. vid. Cujac *in recit. Cod. de accuſ.* conf. Briſſon. *Lex. verb. notorium & verb. elogium verſ. hoc amplius p. 177. b.* ubi uſu forenſi informationes dici adnotat *d. l. 6. de cuſtod. & exhib. reor.* Ex quo more ſuo D. Gothofr. *ad l. 7. C. de Accuſat. lit. C. malè itidem vocem notorii adjectivè in d. l. 6. §. 3. interpretatus eſt.* (Hanc tamen cenſuram notata non probant.)
24 Senſus ergò eſt: Nunciatores h.e. emiſſarios & ſpeculatores aut internuncios publicè conſtitutos,ut facinoroſos per notoria h.e. per id genus informationes, notificationes aut denunciationes indicent, licet citra calumniæ metum accuſent *d. l. 7. C. de accuſ.* debere tamen adſiſtere ſuis indiciis,& ea,quæ attulerint, notoria, interim tueri, dum qvæſtio de crimine habeatur. *Hæc ille.*

Tan-

Tandem circa hanc denunciationem ſpecialem notandum venit, quod utile ſit eidem adjicere proteſtationem, ſe publici tantum boni cauſſa deferre crimen, ut inqviſitio deſuper inſtituatur. Tabor. *c. l. p. 56.* 25.

Præſcripto itaque modo formatam denunciationem judici competenti inſinuabit, qui non ſolum ob domicilium vel delictum ſit competens, ſed qui ſimul habeat merum imperium, ſive poteſtatem de causſis criminalibus cognoſcendi ac crimina puniendi. Carpzov. *qu. 109. n. 1. & 3.* Sic enim plenisſimum impetrabit effectum & ceteris paribus vindictam publicam. 26.

Illa verò inſinuatio judici fit vel immediatè, quat. denuncians adit judicem & exhibet vel ſcriptis conſignari petit Denunciationem; vel mediatè, quat. in loco tertio vel huic negotio deſtinato judici delicta denunciantur, uti ſimilem conſvetudinē ſupra n. 11. notavimus, & in Italia clandeſtina hæc denunciatio ubique obtinet, & per ſchedulas foraminibus in ædibus juſtitiæ ad id deſtinatis injectas crimina & conjurationes deteguntur; hocq; ipſum in causſis Statum publicum concernentibus apud Venetos maxime obſervatur, uti morem hunc notat *de la Haye dans la politique civile & militaire des Venitiens chap. 2.* hiſce verbis: *Ils ont encore une Denoncie touchant les affaires d'Eſtat, & celle-là eſt plus dangereuſe, & la plus à craindre, puisqu' un homme marqué & denoncé, par un billet, jetté* incognito *dans la bouche de cette fatale denoncé, eſt d'abord apprehendé, & eſtant confiné dans un Cachot horrible, ne ſcait, ny ne peut ſcavoir la cauſe, qui l' a jetté dans ce precipice jusqu' à ce, que leur confrontant par une petite feneſtre celuy où celle qui l'a accuſé, il ſe peut bien excuſer; mais d'ordinaire n' eſtant pas cru, veu l'extraordinaire jalouſie, ou ils vivent de leur liberté, eſt condamne au canal, qu' ils appellent* Orphano, *qui eſt le lieu cruel de leur dernier ſupplice; & font perir l'accusé de quelque condition, qu' il ſoit, l'attachant ſur une planche entre deux barques, un boulet de Canon aux pieds, & l'autre à la teſte. Ce que j'ay appellé Denoncies, ſont certaines bouches cizelées hors d' œuvre dans les murailles du pallais, qui repondant à certains canaux de pierre,* 27. 28.

dont les ſenateurs du conſeil des Dix ont les clefs, recoivent les billets funeſtes, qui tous les ſoirs ſont viſitêz de ces Dix principaux, ou de ceux, qui parmy eux ſont en ſervice.

29. Expedita hoc modo denunciatione generali & ſpeciali; videbimus jam ſpecialisſimam denunciationem ſociorum criminis & ſagarum. Formam hujus nobis ſuppeditat & malitioſam judicum libidinem pruritumque refrenat *art. Conſtit. Crimin. 31.* ex quo ſeqventia notanda & in qvalibet denunciatione conſideranda veniunt, quæ tum in remotione, tùm poſitione conſiſtere diximus *c. 2. n. 41.* Primò itaque removetur ſuggeſtio ſc. ut abſuerit particularis ſive invidualis puta de Titio vel Cajo interrogatio; daß dem Sager die beklagte Perſon in der Marter mit Nahmen nicht fürgehalten. It: Daß er in gemein geſagt. Interrogatio enim de certo individuo, maximè ſi absque juſta cauſſa & præſumtione fiat, ſpeciem ſuggeſtionis habet, adeoque prohibita eſt, *l. 1. §. qui quæſtionem. 21. ff. de quæſt.* ex quo §. verſiculus dictus Conſt. Crim. plane videtur deſumtus.

30. Circa hoc tamen membrum notandum eſt, ſi facinoroſus de ſociis plane non interrogatus, aliquos nominet, ejusmodi nominationem omnino negligendam non eſſe. Cum enim interſit Reipubl. crimina quantocyus detegi; cur primi iſti gradus & adminicula inveſtigandæ veritatis otioſè negligantur? Dictum enim talis ſocii non accipiendum eſt, ut dictum teſtis, ſed tanqvam denunciatoris vel notificantis, qvi tantummodo viam aperit judici ad inqvirendum; adeoque intereſt inter fundandam & inchoandam inqviſitionem. Ex Claro Tabor. *de Confront. p. 107.*

31. Volunt verò ut fiat hæc nominatio in tortura, *d. art.* in der Marter. Carpzov. *qu. 121. num. 28.* qvanquam hæc ſemper & neceſſariò adhibenda non ſit, licet aliquando hac fini, ſvadentibus id juſtis rationibus, adhiberi posſit: verba enim *Conſtitutionis Crim.* non imperativè aut diſpoſitivè; ſed tantum narrativè & negativè exprimuntur. Tabor. *c. l. th. 9. p. 106. & Tr. de Tort. & ind. c. p. 209.*

32. Secundò poſitivè deſideratur diligens inqviſitio omnium circum-

circumſtantiarum. Variant enim ſingulæ circumſtantiæ totam cauſſam tam in civilibus, quàm criminalibus, *l. 26. §. 12. verſ. Celſus. ff. de condict. indeb.* & judici ex circumſtantiarum examine facilè conſtare poteſt, an veriſimilia de ſociis aſſerat reus convictus, eique fides ſit habenda. Communiter verò afferuntur ſeptem circumſtantiæ vulgato verſiculo:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando. Weſenbec. *in Paratitl. de Pœn. n. 8.* conf. *c. 8. X. de homicid. volunt. vel caſual. c. 37. de teſtib.* Huc quoque pertinet, ut inquiſitus pro cauſſæ qualitate interrogetur de tractatibus cum ſociis ac complicibus ſuis: Daß Inquiſit vor allen Dingen zu befragen/ wie/ wo/ und welcher Geſtalt ſie ſich untereinander zu ſolcher Unthat verglichen und verbunden/ was für Wort und Rede ſie bey ſolcher Vergleichung gebraucht/ und wie dieſelbe eigentlich gelautet. Carpzov. *c. l. n. 33.*

Tertiò reqviritur, ut Judex diligenter inqvirat, utrum reus cum eo, quem ſocium dicit & defert, graves ſimultates atque inimicitias exerceat: Ob der Sager in ſonderbahrer Feindſchafft/ Unwillen oder Widerwärtigkeit mit dem Beſagten ſtehe. Cujus reqviſiti ratio & limitatio in *d. art.* adjicitur. Ratio eſt, quod probata tali inimicitia, odio & rancore non poſſit liquida, vera & ſincera ſperari à livido pectore depoſitio *c. 7. de accuſat. l. 9. C. de his qu. ut indign. l. 1. §. 24. de quæſt.* *Limitatio* in hoc conſiſtit: niſi denuncians ſigna eximia & indicia veriſimilia adferat, quibus demonſtrat ſe non tam odio, qvàm veritatis ſtudio denunciationem facere: Tum enim etſi ſigna vel indicia talia poſt inqviſitionem inſtitutam reipſa vera eſſe deprehendantur; præſumtio tamen omnis elidi poteſt veritatis demonſtratione, *l. 137. §. 2. de V. O.* Cum & contrariæ præſumtio fortior excludat debiliorem *l. 25. de Probat.* Signa ejusmodi Rhetores etiam faciunt triplicia antecedentia, concomitantia, conſeqventia: ita cædem alicujus anteceſſerunt fortean minæ & inſtrumenta; conjuncta fuere pugnæ, ſangvis, clamor: conſecuta ſunt pallor, verba tertiata, curſatio rurſum, fuga. Tabor. *ad d. art. in Tr. de confrontat. p. 109. & ſeq.* 33.

34. Qvarto reqviritur in denunciato, ut talis perſona ſit, in quam veriſimiliter ſuſpicio ejusmodi criminis, quod in denunciatione continetur, cadere poſſit, daß die beſagte Perſon alſo argwöhnlich ſey/daß man ſich der beſagten Miſſethat zu ihr verſehen möge; ubi maxime ad famam & vitam anteactam recurrendum eſt, Reuſner. *part. 3. conſ. 19. n. 13. & ſeqq.* ubi late deducit quales præſumtiones ex *vita anteacta* pro reo & contra reum ſoleant oriri.

35. Denique (5) in denunciante ipſo poſitivè reqviritur, ut in denunciatione conſtanter perſeveret: Zum fünfften ſo ſoll der Sager auf der Beſagung beſtändig bleiben. Nam ſi vacillet, variet, aut plane depoſita retractet & revocet, denunciatio nullum plane parit effectum. Nam & variatio inducit ſuſpicionem, ſi non falſi, utique incerti. Nihil enim magis contrarium eſt certitudini, quàm variatio. Clem. *1. d. renunciat.*

Quod vero de revocatione dictum fuit, pertinet ad revocationem ſeriam & conſcientiæ exonerandæ cauſſa factam; non ad malitioſam vel ex ſacrificulorum ſuggeſtione profectam. *d. art. 31.* Tab. *de Tort. & indic. p. 219. & ſeqq.* ubi verba *Conſt. Crim.* ibi: Daß etliche Beichtväter &c. ad Pontificiorum ſacrificulos reſtringit, qui abutuntur confesſionis ſacræ arcano, & miſeros condemnatos inducunt ad revocationem, quaſi graviter peccarint, quod ſocios criminis detexerint.

36. Omnia autem hæc reqviſita in ſagarum denunciatione pari ratione examinanda & ponderanda veniunt, Nullibi enim magis de ſocietate delinqventium agi ſolet, quam in puncto ſortilegii. Cum enim ipſis moriendum ſit, alienam etiam quærunt perniciem & interitum: Sie ſehen gerne / wann ſie brennen müſſen/daß auch die gantze Welt brennet. Præſertim cum ſagæ eum totius tragœdiæ auctorem & directorem habeant, qui unico malo non ſatiatus, mille alia ex eodem elicere quotidiè ſatagit, cum ſit homicida & mendax ab initio. Reinking. *in Reſponſ. jur. concernente proceſſ. contra Sagam nulliter inſtitut. n. 303. & ſeqv.* conf. *Diſſ. Inaug. de Sagarum Denunciatione* ſub præſidio Dn. Erici Mauritii Tubingæ anno 1664. habita.

Omni-

Omnibus hiſce ſubnectimus tandem *formam denunciationis maritalis*, quam exhibuimus cap. præc. n.22. & ſecundum ea quæ ibi notata fuerunt talem exhibet Neviz. *Sylv. nupt. l. 1. n. 102.* 37.
Ego N.N. hiſce literis conteſtor, proteſtor & denuncio tibi N.N. quod habeam te ſuſpectum adulterii cum uxore mea. Quare te admoneo, ut ea impoſterum abſtineas, nec ullo modo cum ea convenias aut loqvaris. Quod ſi eam, neglectâ hac mea admonitione rurſum convenire auſus fueris, denuncio, proteſtor & conteſtor iisdem literis, me contra te uſurum remedio & executione mihi à jure conceſſis. Et ut majorem fidem huic meæ denunciationi adhibeas, eandem ex ſcripto fieri, & à tribus ad hoc vocatis teſtibus ſubſcribi curavi. Actum N. die N. Anni N.

N. N.

In fidem hujus ſubſcripſimus
N.N. N.N. N.N.

Idque denunciationis inſtrumentum maritus ſuſpecto mittet per nuncium curiæ; qui judici actum inſinuationis cum circumſtantiis referat; Relationem verò judex actis inferat; Vel per Notarium publicum cum duobus teſtibus, qui actum inſinuationis inſtrumento publico corroboret. Vid. de hoc denunciationis modo pluribus agentem Johann. Zeithopf. *de Jure occidendi prehenſum in adulterio. p. 2. n. 67. & ſeqq. n. 88.*

CAPUT V.

De Effectu Denunciationis.

SUMMARIA.

Effectus varii.	n. 1	*Pœna negligentis.*	3.
Ratione Judicis.	2.	*Notatur negligentia.*	4.

Denun-

Denuncians non poteſt eſſe teſtis. 5.
Exceptio. 6.
Juramentum calumniæ. 7.
Arreſtatio denunciantis. 8.
Poſtulatio quid. 9.
Actiones pro denunciato. 10.
In Pœna arbitraria arbitrium Judicis quomodo formandum. 11.
Excuſationes à calumniæ pœna remisſivè. 12.
Expenſarum reſtitutio. 13.
Quando calumniæ quæſtio movenda. 14.
Effectus Denunciationis ſocii ratione torturæ. 15.
Negatur. 16.
Effectus Denunciationis maritalis. 17.

1. EFfectus Denunciationis diverſus & varius eſt, prout diver-
ſæ & variæ circa eandem occurrunt perſonæ, nam uti alia
eſt perſona Judicis, cui fit denunciatio; alia denunciantis, alia
denique denunciati; ita quoqve diverſus eſt effectus pro cujus-
2. libet conditione. Ratione judicis operatur denunciatio In-
quiſitionem, ut diffamatio & qverela, vid. *c. 1. num. 15.* Angel.
de Malefic. §. nec non ad denunciationem. n. 6. Mantz. *Deciſ. Palat.*
qu. 61. n. 14. Scaccia *de Judic. l. 1. cap. 71. n. 3.* eamque vel gene-
ralem vel ſpecialem pro qvalitate denunciationis, conf. B. Brun-
nem. *d. Pr. Inquiſit. cap. 7. & 8.* ubi agit tam de generali, quam
3. ſpeciali inqviſitione. Et ſi omittat inqviſitionem via ſibi hoc
modo aperta, litem ſuam facit, & de ſyndicatu tenetur, *id. ibid.*
c. 1. n. 10. 11. amittitque Jurisdictionem criminalem ſ. merum
imperium Gail. *1. obſ. 28. n. 1.* Hahn. ad Weſenb. *de Jurisdict. n.*
4. *41. verb. finitur.* Ergo ſocordes illi vix nomen Judicis meren-
tur, quippe qui non intelligunt, quam gratam DEO & juſtitiæ
victimam ſubducant, & qvantum noxiæ Reipubl. per vecordi-
am ſuam afferant, dum ſcelera non inqviſita, impunita relin-
qvunt, atque ita licentiæ fores, longe lateque adaperiunt, ac
homines ad quævis flagitia auſusqve immanes ſub ſpe impu-
nitatis impellunt. Qvoties enim hæ ipſæ voces audiuntur:
Wann man jung wäre/ wolte man die Kunſt auch lernen :- Rati-

one

one addita: Denn es müſſe ja eine freye Kunſt ſeyn / weil ſie nicht geſtrafft würde. Ad quas voces omnes, qvi Deum amant, meritò contremiſcunt: Ac rectè dixit hoc etiam intuitu, quicunque dixit: Magnam cladem eſſe Reipubl. malos judices & malos Præfectos, uti graviter cenſet Tabor. *d. Tortur. & Indic. pag.* 177.

Ratione denunciantis effectus potisſimus inter alios eſt, quod repellatur à teſtimonio & ut teſtis cum aliis ad probandam denunciationem produci neqveat. Dd. *in l.* 7. *C. de Accuſat. & c. in omni.* 4. *X. de teſtib.* B. Brunnemann. *Pr. Inquiſ. c.* 8. *m.* 2. *n.* 23. Imo ipſe debeat teſtes denominare idoneos, licet non teneatur adſiſtere, neque litem proſeqvi. Damhouder. *Pr. crim. c.* 6. *n.* 10. Oldehop. *in monſtro injuſtitiæ. p.* 66. ubi monitum adjicit pro judicibus: Und haben ſich Chriſtliche Obrigkeiten und Richter ſonderlich davor zu hüten / damit ſie die anfängliche Delatores oder Denunciatores criminum mit hoch præjudicirlicher Verſchweigung ſolcher von denſelben beſchehener Denunciation in puncto probationis zu zeugen nicht gebrauchen. Vid. Damhoud. *in tract. de Teſtib.* §. *de reprobat. teſt. n.* 21. *& in pr. crimin. c.* 50. *num.* 22. ubi admodum conqveritur & dicit: *hic tamen (quod acriter inſectandum eſt) videas pleroſque officiarios graviter peccare (ab ipſorum nomenclaturis prudens abſtineo,) quos non pudet contra omnem æquitatem eoſdem ad teſtimonia contra miſellos ferenda producere, quos prius habuerunt delatores, non alia, metuo, cauſſa, quàm vel hac ratione ex innocentium oppresſione pecuniariam condemnationem aſſecuti ſuis conſulant marſupiis.* Limitant tamen 6. hanc regulam Dd. & depoſitionem denunciatoris publici excipiunt in causſis levioribus, ut, ſi denunciator dixerit ſe inveniſſe portantes arma &c. Carpzov. *Jurispr. for. p.* 1. *C.* 16. *D.* 66. & regulam locum habere dicunt, ſi aliorum teſtium aſſertio & teſtimonium non concurrat. Nam ſi alii adſint teſtes, denunciator etiam privatus, ſi abſit vindictæ Studium, & propria injuria, examinari poteſt, & judicis eſt, arbitrari ex circumſtantiis, qvantum tribuendum ſit huic teſtimonio; hocque ita obſervari tra-

dit B. Brunnem. *c. l.* Didacus à Cantera *in quæſt. crim. prælud. 1. n. fin.* & præjudiciis confirmat Carpzov. *d. l.*

7. Deinde vi denunciationis factæ denuncians interdum, ſi ſuſpicio calumniæ contra eundem militet, jurare tenetur, ſe calumnioſè non agere & denunciationem eſſe veram, quod jam notatum fuit ſupra c. 4. n. 17. Balthaſ. Conradus Zahn. *de Mendaciis l. 2. c. 25. num. 5.* quod juramentum facit ceſſare præſumtionem calumniæ; niſi calumnia tam evidens ſit, ut præſumtionem ex juramento natam penitus elidat. Nam utut juraverit, pro calumniatore nihilominus habebitur, & à refuſione expenſarum non liberabitur. B. Brunnem. *Pr. Civ. c. 15. n. 21. & 12.*

8. Sic ſuſpicio calumniæ, contra denunciantem militans facit, ut durante inqviſitione interdum arreſtari poſſit, nec dimittatur, donec præſtiterit cautionem de ſe ſiſtendo toties, qvoties vocabitur, & ſe ſubmittendo; ſatisfaciendoque ſententiæ poſthac publicandæ. Mantz. *Deciſ. Palat. qu. 63.* conf. Cap. 1. n. 18. hujus Diſput.

9. Hinc ad evitandam hanc injuriam denuncianti ſvadent Dd. ut *poſtulationem* adhibeat, quæ civilem potius actionem & modeſtam querimoniam continet, quàm criminalem accuſationem, Perez. *in Prælect. ad Cod. tit. de Accuſat. n. 1. in fin.* Tabor. *de Confrontat. p. 54. n. 15.*

10. Pro denunciato ipſo, ut effectus, notanda ſunt ipſa remedia & actiones, qvibus damnum & injurias illatas vindicat. Nam licet cauſſam denunciationis adjuvet favor publicus, ne delicta maneant impunita, ac eo nomine præmia olim conſtituta fuerint, & hodie interdum adhuc decernantur; cum eleemoſynam dare dicatur, qvi bono Zelo petit vindictam, ut caſtiget delinqventes: *c. 11. d. 54.* non tamen effrenis debet eſſe libido graſſandi in alterius famam & interitum; ſed intra limites coercenda eſt denunciatio. Carpzov. *qu. 107. num. 19. & ſeq.* Hinc ſi delatio lucri cupiditate, vel ex privata vindicta fiat, non tantum delatores publicum odium incurrunt, *L. 20. ibi: vocem funeſtam, C. de his, qui accuſ. non poſſ.* ſed ut calumniatores, ſi mentiantur, extraordina-

riè

rið & arbitrariè puniuntur, *l.* 1. §. *Calumniatores. ff. ad SC. Turpil. l. fin.* §. 1. *C. de accuſat. l.* 3. *C. de his qui accuſ. non poſſ.* Menoch. *l.* 2. *A. J. Qu. cent.* 4. *caſ.* 322. *n.* 1. *& ſeqq.* Clar. §. *ult. qu.* 12. *verſ. dixi quoque.*

Qvomodo autem judex arbitrium ſuum formabit, & quousque extendet? Ad hoc reſpondet ex Farinacio Mantz. *q.* 68. *n.* 12. quod judex imponere poſſit modo pecuniariam, modo corporalem pœnam juxta facti & perſonarum qvalitatem; & ex Claro refert, qvendam per triennium ad triremes fuiſſe condemnatum. Et quamvis alii exiſtiment, hanc pœnam usque ad mortem extendi poſſe, Farinacius tamen nunquam falſum accuſatorem (nedum denunciatorem) ad mortem condemnaret, ſi ex falſa accuſatione nullus mortuus fuerit, niſi cum falſa accuſatione magnam falſitatem commiſcuiſſet, & de capitali pœna actum & falſitas in egregias perſonas commiſſa fuiſſet. Facilius concedit, quod accuſationes ſi quis conſveverit proponere falſas, (vel denuncians falſa ſuggeſſerit indicia, teſtes ad protelandum proceſſum inqviſitionis denominarit, judicem in inqviſitione turbârit, & quovis modo, non attenta innocentia probabili, in inqviſitum ſævierit,) acrius puniendus ſit, quàm ſi ſemel tantum calumniatus eſſet. Sic Advocatus qvidam, qvi inſtigatus erat, ut plures falſas accuſationes contra bonum officialem moverentur, à ſtatu Mediolanenſi perpetuo exulare juſſus fuit & ad omnia damna, expenſas & intereſſe damnatus. Et meminit Mantz. denunciatoris cujusdam, qui deferat in probatione & ad biennium relegatus fuit. Quæ autem delatorem excuſent à pœna calumniæ, re- 12.
misſivè tradit idem Mantz. *c. l. n.* 6.

Ultra hanc verò pœnam arbitrariam ad omnia etiam da- 13.
mna, expenſas & intereſſe tenentur denunciatores ſimilis farinæ; qvemadmodum enim in civilibus victus victori in expenſas condemnatur, ita etiam in criminalibus. Carpzov. *Dec.* 188. *n.* 14. ſi enim aliter diceremus, eſſet aperta via temerariis denunciatoribus, quoscunque indebitè vexandi, poſtquam ſcirent, ſe pro pœna temeritatis non poſſe in expenſas condemnari; & hoc ma-

ximè ampliandum in ſecreto inſtigatore, & qvolibet alio, teſtes contra inqviſitum miniſtrante, etiamſi fuerit proteſtatus, quod non intendat facere partem. Mantz. *qu. 67. n. 14. & ſeqq.* Et licet prima vice cœpta inqviſitione famam pro ſe habuiſſet, ſi tamen procedente tempore de innocentia inquiſiti conſtare cœpiſſet, Denunciator tamen nova finxiſſet indicia, in qvorum probatione poſtea ſuccumberet, meritò pruritus hicce malitioſus coercendus & ſangvinolenta machinatio compeſcenda erit, ut alii exemplum capiant, quod è re ſit. Conf. Barthol. Bertazzol. *conſil. 212. & ſeq.* ibique filius ejusdem Claudius *in notis.* Reinking. *dict. Conſil. qu. 6.* Angel. *d. l. 1. n. 73. p. 80.* Zahn. *cit. l. c. 25. de Denunciatore mentiente.*

14. An autem delatus vel denunciator posſit durante denunciationis Proceſſu qvæſtionem calumniæ movere, eaquę ſimul eadem ſententia debeat terminari, de eo vide ex profeſſo agentem Mantz. *qu. 66.* Et quidem diſtingvit, an reconventio à denunciato ſtatim poſt litem conteſtatam fuerit propoſita, an verò non; illo caſu gaudet privilegio ſimultanei proceſſus, non verò hoc; & ſic priori caſu poteſt cauſſa calumniæ in eadem ſententia terminari uno contextu, oportet tamen abſolutoriam in ordine præcedere. Sicut Lipſienſium reſponſio hoc confirmat Carpz. *d. Dec. n. 23.* So mag nunmehro wider Inquiſitum ferner nichts vorgenommen werden/ſeinen Delatorn aber iſt er geſtalten Sachen nach/weil zum juramento (ſc. purgatorio) indicia wider ihn vorhanden geweſen/des erlittenen Schadens/Schimpffs und Unkoſten wegen zu beklagen nicht befugt/V. R. W.

15. De Effectu denunciationis ſocii quæritur, an etiam trahendus ſit ad effectum torturæ? Communiter ferè hoc aſſerunt Dd. ſc. quod denunciatus dicto modo & reqviſitis omnibus perpurgatis, ſi crimen diffiteatur, torturæ ſubjici & ad confitendum adigi posſit Carpzov. *quæſt. 221. num. 20. qu. 222. num. 68.* Zang. *de Quæſt. ſ. Tort. cap. 2. num. 72.* pro qua ſententia facit rubrica generalis, quæ præfixa eſt *art. 29. Conſtit. Crim.* & omnes tres ſeqventes regere videtur, atq; ita ſonat juxta editionem Stephani:

Gemeine unzweiffelhaffte Anzeigungen/
Der jegliche allein zu peinlicher Frage genugſam iſt.

Unde firma videtur ratio conſeqventiæ, etiam denunciationem hanc, de qua agitur in *artic. 31.* per ſe ſolam ad torturam ſufficere. Hancque rationem (2) adjuvat concurſus plurium reqviſitorum, quæ augent rei effectum. Accedit denique (3) obſervantia & praxis fori; ſæpius enim hæc ſententia in uſu practico obtinuit. Sed ad has rationes ſingulas reſpon- 16.
dens contrarium ſuſtinet conſummatisſimæ prudentiæ & eruditionis JCtus Tabor. *de Confrontat. p. 4. cap. 2. num. 15. 16 p. 112.* ita ut denunciatio reqviſitis etiam ſuis munita, tantum proficiat ad inſtituendam inqviſitionem, exigendam reſponſionem & confrontationem: non verò ſtatim ad torturam, cui tum demum locum relinqvit, ſi ex reſponſionibus & confrontationibus fortiora indicia emergant. Hocque benignius aſſertum probatur ex *art. 31.* ubi nequaqvam dicit Imp. denunciationem inducere effectum torturæ: Der Denunciat ſey peinlich zu fragen / uti in art. 29. 44. & alibi pasſim: Sed hoc tantum dicit: Es ſey eine Argwöhnichkeit wider den Beſagten. Nempe ejusmodi denunciationem vel nominationem prægnantem qvidem ſive urgentem parere præſumtionem, ſi circumſtantiæ & adminicula huic articulo inſerta adfuerint. Neque enim ad torturam vel ex præſcripto *Conſtitutionis Crimin.* procedendum & properandum eſt, priusqvam argumentis qvibusdam reus ſuſpectus redditus ſit & indicia ad torturam ſufficientia demonſtrata fuerint, *art. 6. pr. d. Conſtit.*

Tandem ut paucis attingamus effectum denunciationis 17.
maritalis conſiſtit is impunitate occidendi. Caballus *Reſolut. Criminal. cent. 3. caſ. 293. num. 35.* Occidendi enim licentiam dans leges, alias jus occidendi non eſſet; quod autem fit legitimè, pœnam non meretur, *l. 4. C. ad L. Jul. de Adulter.* Zeit-

hopf. *d. tr. num. 96.* In foro tamen conſcientiæ non æque omnes abſolvunt maritum, propter detrimentum animæ, quod infertur occiſo in tali ſtatu, quod longe præponderat injuriæ mariti, maximè cum illa injuria poſſit aliter à marito vindicari. Perez. *ad Cod. tit. ad L. Jul. de Adulter. num. 23.* ſed

Hic Terminus eſto!

Tibi DOMINE, qui noſtra es JUSTITIA, & abominaris eum, qui juſtificat impium & condemnat juſtum, SIT LAUS ET GLORIA!

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE